



**Illustrissimi Marchionis Scipionis Maffei Historia
Theologica Dogmatum Et Opinionum De Divina Gratia,
Libero Arbitrio Et Prædestinatione**

Maffei, Scipione

Francofurti ad Mœnum & Moguntiae, 1756

Liber V. Quo repræsentantur dogmata, & opiniones SS. Patrum,
aliorumque scriptorum quarti Sæculi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95061](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95061)

HISTORIÆ THEOLOGICÆ

LIBER V.

Quo repræsentantur Dogmata, & Opiniones Sanctorum Patrum aliorumque Scriptorum quarti Sæculi.

MAGNAM profectò molestiam, ac prope nauseam crearet hic liber omni illi, qui alio eum consilio lectitaret, quàm ut in proposito nobis argumento primorum Sæculorum christianorum Opinionum, & Dogmata sincerè videat collecta. Simplex quippe, ac nuda locorum congeries voluptatem asserere non potest, nisi illi, qui eorum vim intimè perspiciat; intelligatque, quænam inde profluant confectaria. Jucundus tamen hujusmodi liber accidere nemini potest, præterquam iis, qui autographorum duntaxat avidi adverterint, posse se hæc methodo plenam facillè notitiam acquirere de totâ serie illorum dogmatum, quæ plurimum annorum studio starent ipsis, laborèque non modico, si in tot, tantæque molis voluminibus eam suo deberent Marte indagare. Cæterum hoc aliud non est, quàm suos ad fontes revocare ipsam etiam Theologiam scholasticam. Primi quippe illius inventoris, Petri inquam Lombardi, Opus consistit potissimum in perpetuo quodam textu locorum ex Patribus, qui ejus ævo magis in promptu erant, ac præcipuè Ambrosio, Hilario, Hieronymo, & præ ceteris Augustino. Noverat is optimè documentum Vincentii Lirinensis, ¹ Religionem Catholicam rem esse non inventam, sed traditam.

Athanasius.

I. INITIUM ducturi hoc loco sumus à Patre in paucis celebri, à Divo inquam Athanasio. Attingit is *Orat. 1. cont. Arianos*, ² quomodo per primum delictum mors subintravit in mundum, & in omnes homines transfusum fuerit peccatum. In eadem ex quodam Arianorum Sophismate apparet, fuisse tum temporis communem omnium opinionem, hominem si non haberet voluntatem liberam se movendi, atque in utramvis partem inclinandi, ³ fore instar ligni, ac lapidis destituti arbitrio.

2. IN alterâ haber, ⁴ quo modo gratia Salvatoris in ipsius adventu apparuerit, atque eluxerit. Veruntamen præparata erat antè, quàm nasceremur, mundusque

existeret. Siquidem cum Deus Adamum & peccatum, & Paradiso ejiciendum præviderat, suâ motus benignitate in proprio Verbo præordinavit remedium, nè semper maneremus mortui, sed redemptionem, & salutem inventientes surgere-mus, vitamque consequeremur immortalem, faciente illo se ipsum primum mortuorum & resurgentium, ac proinde inter fratres primogenitum. Innui hoc dicit ab Apostolo, quo loco habet, quodd Dominus nos non ex operum nostrorum merito, sed suâ voluntate, & gratiâ nobis ante secula concessâ vocârit, atque ante constitutionem mundi elegerit, ut adoptaremur in filios.

IN tertiâ docet: ⁵ Volenti, & eligenti facultatem esse ad utramque partem se movendi, atque hanc naturæ rationalis affectionem, ac proprietatem esse. Reperit deinceps, voluntatem ad utrumque motum & inclinationem habere. Docet eadem Oratione, gratiam peccando amitti, ac dolore ita recuperari, ut nunquam amplius deferat volentem, modò peccator ducatur penitendæ.

3. IN Oratione contra Idololatriam, aut si mavis adversus Gentiles ita differit: ⁶ Via veritatis in vero Deo suum habebit scopum. Ad ejus tamen agnitionem, accuratamque comprehensionem aliâ nobis re opus non est, quàm nobismet ipsis, supposito Divino auxilio. Nec, quemadmodum Deus rebus omnibus sublimior est, ita via ad ipsum condu-cens extra nos est, & remota: sed existit in nobis ipsis, ejusque invenire possumus principium; quemadmodum docuit Moses, cum dixit: Juxta te est Sermo valde, (intellige fidei) in ore tuo, & in corde tuo, ut facias illum; ⁷ id quod etiam indicavit Servator, confirmavitque dicens: ⁸ Regnum Dei intra vos est. Cum enim & fides, & regnum Dei intra nos sint, in promptu est contemplari, & intelligere Dominum universorum, Verbum salutare Patris.

4. In vitâ S. Antonii ait, reportâsse ipsum victoriam, quia ⁹ cooperabatur ipsi

(1) Vinc. Lir. in Common. (2) Athan. l. c. n. 51. εις πάντας ἀνθρώπους ἡφθαρὸν ἢ ἀμάρτια. (3) n. 35. ὡς λίθος καὶ ἔλκω ἐκ ἔχει τὴν προαίρεσιν ἐλευθέρω εἰς τὸ κινεῖσθαι, καὶ μένει εἰς ἑκάτερον. (4) n. 75. ἡ γὰρ παρὰ τῷ σωτῆρι &c. (5) n. 62. τὸ γὰρ βελούδα καὶ προαιρεῖσθαι εἰς ἑκάτερον τὴν ῥοπὴν ἔχει. καὶ λογικῆς φύσεως ἐστὶ τὸ τοῦ πάθος. n. 66. ἐν ἀμφω ῥοπὴν ἔχει. (6) cont. Idol. n. 30. ἡ δὲ τῆς ἀληθείας ὁδὸς πρὸς τὸν ὄντως ὄντα Θεὸν ἔχει τὸν σκοπὸν. πρὸς δὲ τὴν ταυτὴς γνώσιν, καὶ ἀκριβῆ κατάληψιν ἐκ ἄλλων ἐστὶν ἡμῶν χρεία ἀλλ' ἡμῶν αὐτῶν ... ἀλλ' ἐν ἡμῖν ἐστὶ, καὶ ἀπ' ἡμῶν ἐκείν τὴν ἀρχὴν δευατόν. (7) Deut. XXX. 14. (8) Luc. XVII. (9) Vit. S. Ant. n. 5. συνέχευε γὰρ ὁ Κύριος ἀπὸ τοῦ ... ὥστε τῶν ὄντων ἀγνοεῖσθαι ἑκάστον λόγον, ἐκ τῶν &c. n. 7. μάλλον δὲ τῷ σωτῆρι, καὶ τῷ τοῦ γένους ἐν τῷ Ἀντωνίῳ τὸ κατεξομα.

Dominus; omnemque generose ac legitime certantem dicere posse cum Paulo: Non ego, sed gratia Dei mecum. Dicit porro, victoriam Antonii fuisse potius facinus quoddam in ipso editam à Salvatore, per vitam asceticam ipsum juvante, juxta illud Pauli: Unicuique, qui supernam sequens motionem, praelegit bonum, Deus cooperatur in bonum; nec debere nos virtutis nomine terreri, cum non longe absit à nobis, neque extra nos posita. In nostra enim facultate opus positum est, et facile est, modo ut velimus. Docuisse Dominum: Regnum Dei esse intra nos, ac proinde virtutem non nisi nobis, id est nullà alià humanà ope, indigere; & iterum: Non esse rem difficilem; immò eam nos jamtum habere, si perseveraverimus, quales conditi fuimus. Alio loco innuit: tantam esse nostrae imbecillitatem naturae, ut ex se ipsa nec Conditoris sui notitiam, neque ullam de Deo possit cognitionem habere. Supplet tamen imbecillitatem istam gratia Divina, quippe quae se ipsa erat sufficiens, ut ad Dei imaginem conditi agnosceremus Verbum Divinum, et Patrem per ipsum. Sed Deus hominum sciens infirmitatem ipsorum etiam incuriae prospexit; ita quidem, ut si Deum per se ipsum agnoscere negligerent, per creationis tamen opera efficeretur, ut Deum non ignorarent. Addit, non potuisse Deum relinquere homines suâ destitutos gratiâ, ita ut non conditorum à se hominum tangere-tur miseratione, ne identidem à se aberrarent.

5. *SCRIBENS* in Psalmos declarat, omnibus modò gentibus dari gratiam, Deique servum nunquam fuisse liberandum peccato, si ejus causâ non extitisset Divina gratia. Habet in libello fidei, aut, ut Facundus vocat, expositione Symboli, quomodo DEI Filius, ex quo de Mariâ Virgine JESUM Christum hominem assumpserat, in ejus electione reliquerit perferendos pro nobis cruciatus; adducto in hujus rei testimonium, quod dicitur apud Joannem: *Nemo tollit animam meam à me; sed ego pono eam à me ipso, et potestatem habeo iterum sumendi eam.* Subsequentia duo loca in duobus pariter homiliis habemus, de quibus non satis liquet, ipsiusne sint, an alterius cujusdam Scriptoris

antiqui. ⁷ *Quandoquidem igitur motus hominis in ejus liberâ electione est, à te quoque pendet, frumentumne esse malis, an zizanium. Et aliud: Omni contentione praecepta custodi! Non dic in animo tuo, quomodo potero ea implere? Non terere in cogitatione tuâ: si enim omni studio ea custodieris, invenies Deum pugnantem tecum. Nam rimentibus Deum praecepta non sunt difficilia.*

11. S. HILARIUS Pictaviensis Episcopus multa habet accommodata ad rem nostram, ac speciatim in Commentario in Psalmos. Praecipua inde delibabimus, referemusque secundum ordinem Psalterii. In Psalmum 11. ⁸ ait: *Unicuique nostrum libertatem vitae, sensusque permisit, non necessitatem in alterutrum affigens &c. Voluntarie ergo permissa bonitas est, ut praeium sibi voluntas bonitatis acquireret; et esset nobis aeternae hujus beatitudinis profectus, atque usus ex merito &c. Atque ita et per rationem aequi, atque iusti ad meritum praemii permissa libertas est. In verbum: Ecce homo, qui non possit Deum adiutorem suum! notat: ⁹ Stultitiae, atque impietatis extrema est, non intelligere, se sub Deo, et ex Deo vivere; sed in his, quae gerit, et expectat, sua magis vel le confidere potestate, cum siquid illud in se sit, ex Deo sit. In illud: Oculi ejus super gentes respiciunt, advertit, quomodo ¹⁰ uniuscujusque auxilio pro meritum diversitate aut desit, aut adsit.*

De duabus electionibus ait: ¹¹ *Quid proderit errorem gentilem reliquisse &c. Et id quidem non dissimulavit dicens: Beatus, quem elegisti, et assumpsisti, ut inhabitet in tabernaculis tuis. Omnis quidem caro veniet, id est ex omni hominum genere congregamur; sed beatus est, quisque fuerit electus. Multi enim secundum Evangelium vocati sunt, sed pauci electi. Electi autem sunt nuptiali veste conspicui &c. Itaque non res indifferenti iudicii electio est, sed ex meriti delectu facta discretio est. Beatus ergo, quem eligit Deus, beatus ob id, quia electione sit dignus.*

2. *MULTA* nostra sunt debita, ¹² *ad quorum custodiam nisi à Deo divigamur, infirmi per naturam nostram evinimus. Adjuvandi igitur per gratiam ejus, dirigendique sumus &c. Tamen est semper orandum, ut in*

(1) n. 19. παντὶ τῷ προσημειωμένῳ τὸ ἀγαθὸν συνέργει ὁ Θεὸς ἐς τὸ ἀγαθόν. n. 20. ὁ γὰρ μακρὸν αὐτῷ ἡμῶν ἔστιν, εἰς ἧσαν ἡμῶν συνέσταται ἡ ἡμῶν διὰ τοῦ ἔργου, καὶ ἡμετέραν ἐστὶ τὸ πρῶτον, καὶ μόνον διελθόμενον... εἰς ἧσαν ἡ ἀρετὴ τῶ θεοῦ ἡμῶν μόνον χρῆται ἔχει, ἐπειδὴ γὰρ ἐν ἡμῶν ἐστὶ &c. καὶ ἐστὶ δοξαζέτω τὸ πρῶτον. (2) de Incarn. Verb. n. 11. καὶ ἐκ ἑκαστῆς ἐκ τῶν ἑαυτοῦ γνώσεως τοῦ δημιουργοῦ καὶ ὅλων ἡμετέραν λαβεῖν Θεῷ. n. 12. Αὐτάρκες μὲν γὰρ ἡ καὶ ἐκείνη χάρις γνωρίζει τοῦ θεοῦ λόγον, καὶ διὰ αὐτῆς τοῦ πατρὸς εἰδὼς διὰ τοῦ Θεοῦ τὴν ἀδελφότητα τῶν ἀδελφῶν προσημειωτοῦ καὶ τῆς ἀμελείας τῶν. ἢ ἐν ἀμελείᾳ διὰ αὐτὸν τοῦ Θεοῦ ἐπιγνώσκει, ἔχων διὰ τῶν τῶς κτίσεως ἐργῶν τὸν δημιουργὸν μὴ ἀγνοῦν. n. 13. ὁ πολλὸς πλὴν ὁ Θεὸς τῶν ἑαυτοῦ κτισμάτων φέρεται πρὸς τὸ μὴ πλανηθῆναι ἀπ' αὐτοῦ &c. (3) in Pf. CXIII. εἰς πάντα τὰ ἔτη ἡ χάρις δίδεται. (4) ἐνδεῖς πίστεως. (5) ἐν ὅπῃ ἡμῶν παθεῖν παρεῖται ἰδίᾳ προσημειώσιν. (6) Joan. X. 18. (7) Hom. de Sement. ἐπειδὴ γὰρ ἀποπροσέλαστος ἡ τῶν ἀδελφῶν κίνησις, καὶ ἀντιθέσις ἡ γνώμη &c. Hom. de Serv. Virg. ἀλλ' αὖ μὲν πᾶσι προσημειώσιν φυλάττει αὐτὰ, ἐνδεῖς συνμαχῶν τοῦ Θεοῦ τοῖς φοβούμενοις γὰρ τοῦ Θεοῦ αὐτὸν ἐπὶ τὴν τῶ Θεοῦ βαρύνει ἐκ ἑαυτοῦ. (8) in Psalm. 11. n. 16. edit. Veron. p. 39. (9) in Pf. LI. n. 20. (10) in Pf. LXV. n. 14. (11) in Pf. LXIV. n. 5. (12) in Pf. CXVIII. lit. 1. n. 12. & 15.

his, quæ... custodire volumus, faveat. Et quamvis sciamus, ipsum sæpe per tentationem nos relinquere, ut earum ope fides nostra plus meriti acquirat, semper cum Propheta, ne nos penitus derelinquat, deprecandus est. Et solemur nos, quia juxta Apostolum novit Deus infirmitatem nostram, & fidelis est, nec sinet nos tentari supra id, quod possumus. Dei bonitas talis est, ut neminem nisi obnitentem repellat, neminem nisi negligentem respiciat. Tanta porro est, ut, dum mavult penitentiam peccatorum, quam mortem, dona sua justis, injustisque largiatur.

OMNIA Propheta ad munus Dei retulit, sive intelligentiam, sive constitutionem in viâ rectâ, sive animi inclinationem in præcepta. Hinc Hilarius: Scit David, imbecillam sibi esse naturam, neque se posse hanc semitam sine duce aggredi. Verum obmoveret deinde sibi: Sed forte per hanc Prophetæ religiosam modestiam quisquam impie loqui sic audebit: Si omnia à Deo sunt, humana ergo ignorantia caret culpa, cum nihil obtrivere possit, nisi quod donatum à Deo sumpserit. Ad quæ responderet: Primum hoc impietatis est, existimare idcirco ea, quæ sunt credentium propria, non consequi, quod sibi à Deo indulta non fuerint. Addit deinde, præcidisse jam tum hanc excusationis causam Davidem, quoniam expressit, conjunxitque, & ea, quæ Dei sunt, & quæ sunt hominis. Oratigitur, ut Deus tribuat; est ergo à nobis, cum oramus, exordium, ut munus ab eo sit. Dehinc, quia de exordio nostro munus ejus est, ex nostro rursus est, quod exquiratur, & obtineatur, & maneat. Innuimus jam tum, ac suo deinceps loco demonstrabimus, quis hujusmodi enunciatorum sensus sit; potestque abunde colligi hic ex sententiâ subsequente: quia primum rogaverat David misericordiam, ac deinde salutem, observat Hilarius, initium duxisse ipsum ab eo, quod verè primum est. Salus enim nostra ex misericordiâ Dei est, & bonitatis suæ hoc munus in nobis est; & inde capit oratio, unde salus inchoat deprecantis. Cum etiam Psalter regius supplicavit Deo antequam de obtinendi merito fecisset mentionem, advertit Exegetes noster, debere hinc accipere humanam insolentiam humilitatis, modestiæque doctrinam; quandoquidem prius Propheta concedi sibi orat, quam se id mereri, ut obtineat, ostendit: omnia vult à bonitate Dei in se inchoari.

3. PRAETER silem... & humilitatem ac modestiam nos docet, orans, ut sibi immaculatum cor fiat, probè sciens, inde pravas omnes exire cogitationes. Præterea

adeest unicuique proximum, ut dictum est; stat enim ad ostium Verbum Dei, & pulsat ostium animæ nostræ.... Vult ergo semper introire; sed à nobis, nè introeat, excluditur. Claudimus enim per hæc corporis vitia animæ nostræ aditum.... Spiritus quidem Dei semper, ut illuminet, promptus est, sed lumen sibi domus ipsa obferatis aditibus excludit. De cætero præcepta Dei ejusmodi sunt, ut non difficile sit, si voluntas adsit, præcepto Dei obtemperare.

MONET Hilarius, non amitti debere humilitatem, nè spiritualium quidem donorum causâ, quia Dei gratia per insolentiam vitium tunc fieret otiosa. Monet, quàm vana sit excusatio multorum, cum afferunt, proprium Dei munus esse, quod quis ad eum accedat, excusantes infidelitatem suam, quod cessante erga se Dei voluntate maneam infideles. Est quidem in fide manendi à Deo munus, sed incipiendi à nobis origo est. Voluntas nostra hoc proprium ex se habere debet, ut velit: Deus incipienti incrementum dabit, quia consummationem per se infirmitas nostra non obtinet; meritum tamen adipiscendæ consummationis est ex initio voluntatis. Idcirco Psalmum ita conclusit Propheta: Declinavi cor meum ad faciendas justificationes tuas. Cor suum ipse declinat, & ex natura humanæ peccatis in obedientiam Dei influit. In eundem Psalmum ait: Miserationis Divinæ opus esse, ut in hac servitutis nostræ professione maneamus. Imbecilla enim est per se ad aliquid obtinendum humana infirmitas, & hoc tantum naturæ suæ officium est, ut aggregare se in familiam Dei & velit, & capere: Divinæ misericordiæ est, ut volentes adjuvet, incipientes confirmet, adeuntes recipiat. Ex nobis autem initium est, ut ille perficiat. Verum hoc nostrum initium jam tum docuit præveniri munere bonitatis suæ, ex quo salus ducit exordium, & cujus ope in viâ rectâ constituimur, intelligimus, atque animum inclinamus. In singulari hac re tum temporis Patres sine præcisione, & suspitione loquebantur. Quo factum, ut hujusmodi dicta non obstitissent, quominus ab Augustino hic Pater appellaretur insignis Ecclesiarum Doctor, Ecclesiæ Catholicæ adversus hæreticos accerrimus Defensor, nec mediocri auctoritatis in tractatione Scripturarum. In editione Hilarii, quam Veronæ curavimus, adornata à nobis erat in hos ejus loquendi modos dissertatio.

DICIT insuper Hilarius: Si nihil impediti usquam occurreret, si adversantes sibi non undique adessent, suis ipse viribus in ea, quæ agere vellet, confirmaretur. Sed ubi insidiæ sunt, ubi bellum est, opus est potiori au-

(1) lit. 2. n. 5. (2) lit. 8. n. 18. -- lit. 5. n. 11. -- n. 9. n. 12. (3) ibid. (4) lit. 6. n. 2. 4. lit. 10. n. 18. (5) lit. 12. n. 5. 15. (6) lit. 14. n. 11. (7) ibid. n. 20. (8) lit. 16. n. 10. (9) cont. Jul. l. 2. n. 28. l. 1. n. 9. de Trin. l. 6. c. 10. (10) lit. 17. n. 8. (*) id est suis ipse viribus intellige de statu naturæ integræ non elevatæ, vel de bono tantum morali, & honesto, cui vires naturæ proportionatæ sunt. Vide de his T. T.

xilio. Sub Psalmi hujus finem docuit, memoratam alibi à Prophetà electionem provenisse non naturali¹ necessitate, sed voluntate pietatis: quia unicuique ad id, quod vult, via est proposita vivendi, & appetendi, atque agendi permissa libertas: & ob id uniuscujusque aut pœna, aut prœmiis afficietur electio.

4. Ad alium Psalmum progrediens, Quis, ² inquit, relictus est nobis glorandi locus, recordantibus, omnia ex Deo esse? Huic, siquid in nobis est, debeamus à B. Paulo docti, nihil nostrum existimandum dicente. Quid enim habes, quod non accepisti? Si mutavimus vitia in virtutem; & hoc asserit esse à Deo gratiam faciente panitendorum, & novorum bonorum initia reddente. Advertit præterea Hilarius, ³ quomodo voluntas nostra per Dei metum, & spem æternorum ad perfectam innocentiae opera contendat. In verba illa Davidis: Meditatus sum in omnibus operibus tuis, in factis manuum tuarum meditabar; notat. ⁴ meditationem hanc, quam per fidem suam (*) cepit, tamen non propriam suam esse, nè insolens existimetur, sed per auxilium Dei, ad quem oravit. . . . dicens: Expandi manus meas ad te; anima mea sicut terra sine aquâ. Terra sine aquâ arida, & infacunda est, & irrigari sese semper imbre pluviae celestis expectat. Idè & Sancti anima naturæ suæ conscia ad vocis Divinæ munus anhelat. Claudemus Commentarium in Psalmos hoc ejus apophthegmate: ⁵ Adept omnibus Dei Sanctitas, & se humanis auxiliis non subtrahit.

In libris de Trinitate docet, dedisse Christum credentibus omnibus dignitatem, non utique voluntatem; (quam per motum mentis exponit) hæc enim, inquit ille, si data esset, non haberet fides prœmium, cum fidem nobis necessitas affixæ voluntatis inferret. . . . cum voluntas motus mentis sit. ⁶ Commentans in S. Matthæum, ⁷ De nostro, ait, est beata illa æternitas promerenda, præstandumque est aliquid ex proprio, ut bonum velimus, & omne malum declinemus. Capite sequenti: ⁸ Salus gentium omnis ex fide est, & in præceptis Domini vita est universorum. In parabolam de vineâ exponit,

mercedem labori debitam non fuisse donum; at donum fuisse gratuitam gratiam, quam Deus omnibus ex fidei justificatione donavit.

III. SANCTI Cyrilli Hierosolymitani S. Cyrilli doctrina ex ejus Institutionibus apparet. Docuit, ⁹ sui arbitrii, ac juris esse animam; & posse quidem inimicum suggerere, non item cogere. Proponit tibi pravam cogitationem: Si vis, admittite; si non vis, non admittite. ¹⁰ Hinc nimirum & supplicium constitutum est, & prœmium: quod non esset, si necessitate quâdam fieret bonum & malum. Etiam ovis mansueta est, non tamen afficitur prœmio, quod talis non sit voluntate, sed natura. In Procatecheli ad Catechumenos ¹¹ inquit: Non mentitur, qui dicit, diligentibus Deum omnia cooperari in bonum; liberalis enim est Deus ad benefaciendum, sinceram tamen cuiusque electionem expectat. Idcirco adjunxit Apostolus: iis, qui secundum propositum vocati sunt; sincera enim in te existens voluntas in vocatorum te numero ponit. Et paucis interjectis: Nihil enim aliud querit à nobis Deus, quàm bonam voluntatem. Sub finem: ¹² Meæ quidem partes sunt, ut loquar; tuæ, ut manum admoveas operis Dei autem, ut id perficiat. (*) Confirmemus cogitationes, obarmemus animam, cor præparemus: potest enim Deus etiam infidelem reddere fidelem, modo suum ei cor exhibeat.

INSTITUTIONE primâ eosdem Catechumenos ita affatur cum Ezechiele: ¹³ O participes mysteriorum Christi, modo per vocationem, & mox per gratiam! Effingite vobis in vobismet ipsis cor novum, & spiritum novum. Et postea: Accipite arbam Spiritus Sancti per fidem. Paulo post: Convenit igitur, ut qui sigillum hoc spiritale recipiunt, propriam etiam applicent voluntatem. Quemadmodum enim ad scribendum calamus, aut stylus indiget homine, qui manum admoveat; ita & gratia hominibus indiget, qui credant. Eodem itidem loco: Dominus cum eligit animas, scrutatur voluntates, & siquis simulationem animo tegit, eum ceu ineptum ad veterem militiam repudiat: si vero dignum quempiam deprehendit, promptus eidem gratiam largitur. In eadem: ¹⁴ Dei itaque est plan-

(1) lit. 22. n. 4. (2) in Ps. CXXIII. n. 2. 3. in Ps. CXXV. n. 3. (3) in Ps. CXXVI. n. 13. (4) in Ps. CXLII. n. 7. (*) suam, idest à se per gratiam elicitam; ac proinde suam, non tamen adequatè. Confer cum hoc alia loca Hilarii. (5) in Ps. CXLIV. n. 18. (6) de Trin. l. 8. n. 12. (7) in Matth. c. 6. n. 5. (8) c. 7. n. 4. c. 20. n. 7. (9) Cyr. Catech. 4. n. 14. Αντεκρινόμενοι εἰς τὴν ψυχὴν &c. (10) ἡμεῖς θεοῦ, ἰδέσθω· ἡμεῖς μὴ θεοῦ, ἀλλ' ἐκ θεοῦ. (11) Procat. n. 1. ὁ μὴ γὰρ θεὸς διαβόλος ἐστὶν εἰς ἐνέργειαν, περιμένει δὲ ἡμᾶς τὴν γνώσιν προαίρεσιν· διὰ τὸτο ἐπὶ ἡμᾶς ὁ ἀποστόλος λέγων· ταῖς κατὰ προθέσιν κλητοῖς εἰσι. ἡ προθεσίς γινώσκει ἡμᾶς κλητοὶς εἶναι. -- ἂν γὰρ ἄλλο παρ' ἡμῶν ζῆται ὁ θεός, εἰ μὴ προαίρεσιν ἀγαθὴν. (12) n. 17. εἰ ἡμεῖς γὰρ εἰς τὸ ἴδιον, εἰ σὺ δὲ προαίρεσιν, ἐν θεῷ δὲ τελειώσῃ. . . . ἡμεῖς μὲν δὲ τὴν καρδίαν. (*) vertit. Cl. Masséus: De me expectatur &c. (13) Cat. 1. n. 1. καρδίαν ἐκτοῖς ποιεῖτε καινὴν, καὶ πνεῦμα καινόν. n. 3. χρειαί καὶ τῆς δικταίας προαίρεσιν· ὥστε γὰρ καλαμὸς γραφικὸς ἢ καὶ βέλους χρειαί· ἔχει τὰ συνεργήσας, ἔχει καὶ ἡ χρεὶς χρειαί· ἔχει τὰ συνευόμενα. . . . ἰερούσας τὰς προαίρεσεις &c. εἰ δὲ ἀξίον καταλαβῆναι, τὰτ' εἰδότες ἵταμεν τὴν χρειαί. (14) αὐτὸς μὲν ἐν εἰς τὸ καταφύγιόν καὶ πότιν, σὺ δὲ τὸ κατεπαροφῆσαι. Οὗτο τὸ κατεπαροφῆσαι, σὺ δὲ τὸ λαβεῖν, καὶ διατηρεῖν. μὴ διὰ τὸ δαρεῖν διδόναι, τὴν χρειαί καταφῆσαι &c.

care, & irrigare; tuum vero, fructum afferre: DEI est largiri gratiam; tuum, eandem recipere, & conservare. Noli itaque eandem despiciere, quod dono datur, sed accepta eam, & pie custodi. In hac etiam Institutione dicitur cum S. Matthæo: ¹ Munda vas tuum, ut uberius recipiat gratiam, remissio enim peccatorum (in baptismo) omnibus equaliter conceditur: Spiritus Sancti autem communicatio secundum fidei, quæ in unoquoque est, proportionem donatur.

2. In tertiâ Catechesi precatur auditoribus suis, ut inveniantur sine maculâ; ² ut cum datur gratia (hoc est baptismus) conscientia irreprensibilis (*) inventa concurrat eum gratiâ, eâ nimirum, quæ confertur in baptismo. Monet eos insuper, ut balneum hoc non confiderent tanquam aquam puram ac putam, sed ad gratiam spiritalem, quæ cum aquâ datur, advertant.

INSTITUTIONE quinta duo distinguit fidei genera: Unum, inquit, fidei genus dogmaticum est, consistens in assensu, qui cuidam dogmati præbatur, estque aliud, quo obtinetur donum miraculorum. Istud docet recipi à Deo, illud provenire à nobis; post quæ: *Habe sis itaque, ait, illam in ipsum fidem, quæ pendet à te, ut & ab ipso accipias eam, quæ vires excedit humanas.* ⁴ Loquens in decimâ sextâ de Spiritu S. ait, non esse, cur metumamus dæmonem, propterea quod adiutorem habeamus ipso fortio- rem. Recludamus modò ipsi fores. Circuit enim quærens eos, qui digni sunt, quibusque dona largiatur. Et infra: *Quod si quis cæcorum gratiâ dignus non habebitur, nolit Spiritum, sed suam potius incredulitatem accusare.* Et sequente: ⁵ Spiritus Sanctus non personarum habet rationem, modò quisque se præparet ad gratiæ celestis receptionem. Ac denuò: ⁷ *Estote parati ad recipiendam gratiam, eamque consecuti cum fueritis, nolite denuò ab- jicere.*

LOQUENS contra Manetem, quem omnes aliarum hæresum compilasse ait errores, & contra ejusdem sectatores, qui ut libertatem everterent, nitebantur iis potissimum locis, ubi dici videtur, Deus excœcasse quosdam, ne viderent, declarat;

quomodo ex eorum id natum fuerit indig- nitate, quomodo item suos ipsi oculos occluse- rint. ⁸ *Uti enim spontanea est malitia, ibi & gratiæ est distantia.* (*) Et secundum doctrinam Salvatoris habenti dabitur, & non ha- benti tollitur etiam, quod credit se habere. Sub finem decimæ quartæ Auditoribus suis exoptat, ut ad dona cœlestia eosdem Deus elevet, usque dum propinquet tem- pus secundi adventus, & omnium nomina inscribat libro viventium, & scripta nunquam amplius expungat. Multorum enim deceden- tium delentur nomina. Concedat autem omni- bus, ut credant in eum, qui resurrexit. ⁹

3. Uti hic, ita & alibi attingit, quod Deus fidem largiatur, omniâque ipsi re- ferenda sint in acceptis, ab eodemque pos- tulanda. Monet, ut semper gratias aga- mus, quod nos vocaverit tantâ gratiâ in- dignos, beneficiâque contulerit non ex iustitiâ, sed merâ benevolentia. ¹⁰ Monet, quod ipsi debeamus inspirationes, sanctas- que cogitationes; quod Paulus maximè mirabilia, quæ egit, egerit virtute Spiritus Sancti, quam quidem virtutem hic Author sanctificantem vocat, & operativam. ¹¹ Cæ- sareæ ante Festum Præsidentem, & Regem Agrippam; in Malthâ insulâ contra vipe- ram, atque in tot infirmorum salutem feli- cem semper habuit successum; tantam quip- pe ¹² habuit ex Spiritu Sancto gratiam victri- cem in sapientiâ. Quo loco non interiorem gratiam, sed donum miraculorum, & elo- quentiæ intelligit. Itâ & in ceteris Aposto- lis Spiritus Sancti gratiam fuisse asserit, quæ tot operata fuit prodigia. Dicit por- ro: *Quæ virtus te illum navit, o latro? o lux æterna, quæ illuminas obo nebratos!* Hinc est, quod jure audierit: *confide!* non quod actio- nes tue hâc dignæ sint fiduciâ, sed quia præ- sens est Rex, qui facit gratiam! Ecce igitur, ab illo tibi dictum est: *Quia hodie* ¹³ *audi- visti vocem meam, & non obdurasti cor tuum, sed fidei obedivisti, hodie salutem consequeris.*

IV. HABEMUS Commentarium latinum in Pauli Epistolas, qui (un ex hæreticis, quos datâ occasione refellit, aliisque ex animadversionibus colligitur) elaboratus videtur circa medium IVti sæculi; quan-

Commenta-
rius Autho-
ris incertus.

(1) n. 5. καθάριον σε το άγιον, να πλείονα δέξηται χάριν... ή δε το Πνεύματος το άγιον κοινωνία κατά αναλο- γίαν δίδωται. (2) Cat. 3. n. 3. να διδομένης της χαριτος ακατάβυστος ή συνειδησις ευρεθεία συνδεσμηθή χάρι- τι. (*) Cl. Maff. vertit: intaminata. (3) αλλά τη μετα τη δαατος δεδομένη πνευματική χαριτι. Cat. 5. n. 6. (4) έχει τοίνυν την παρά σταντή πίσιν την εις αυτόν, να λάβη, καί πάς ίσχυει την τον υπέρ ανδρατον ενεργητικην. Cat. 6. n. 9. μόνοι ανιζομεν ποτή τας θύρας περιχετα γαρ ζήτων τας αλεις, και ζήτων την χαριστην τας θύρας. (5) n. 11. ή γαρ τις άρεστών μη κατάξεται της χαριτος, μη μεμψών τω πνεύματι, αλλά τη ίαντ άπιστία. (6) Cat. 17. n. 9. μόνοι δι ίκυσος ίαντος ίτοιμαίται προς αποδεκην τας επερανις χαριτος. (7) n. 18. ίτοιμοι γινώσκεις το υποδιδασκαλ την χάριν, και δεξάμενοι μη αποβάλλετε ταύτην. (8) Cat. 6. n. 16. δια το άσέβην, επειδή τας εφ- θαλμους αυτών έκκαμυσαν, όπς γαρ αυτοπροσέμετος ποτηρία, ουκ και άποχή της χαριτος. (9) Cl. Maff. vertit: Sub- tractio gratiæ. (10) Cat. 14. n. 15. έγγραφειν θείων τα δόγματα πάντων εν βιβλω ζήτων, και έγγραφας μικτε έκλειψαι. πολλών γαρ έκλειψεται σύν αποσιπόντων. παράγω δε τοις πάνιν υμιν πιστευν εις τον αναστατα. (10) Cat. 23. n. 5. άναξίως όντας ήμεις έκκαλοει εις την τηλικαυτην χάριν. (11) Cat. 17. n. 16. άνομοις, και ενεργητικη δυνάμει. (12) n. 31. ποσάυτη εν Πνεύματος άγια νικητικη εν σοφία χάριν έχει. (13) Cat. 13. n. 15. επεδή σήμερον τος θανής με ήπισας, και ής εκκλησίαν σε την καρδιαν έχω, σήμερον σοι ή σωτηρία.

quam aliae reflexiones referendum suadeant ad quintum. Extant ejusdem exempla MStā quamplurima, at non sine discrepantiā, & mutationibus. Quamobrem non oportet de opere universo ferre iudicium ex dicto quodam parum sano, & toti ceterorum complexionī repugnante. Fieri enim potuit, ut intruderetur. Quid? quod prudenter licet suspicari, extrare in eodem plura, quae ē primi Authoris calamo non profuxerē. Sunt & ibidem sententiā plures ancipites, quae variē accipi possunt. De Authore nobis non satis liquet. Magno tamen, in quo semper opus hoc habitum fuit, pretio factum est, ut D. Ambrosio adjudicaretur. Cūque ab octavo jam inde saeculo, tanquam si ipsius partus foret, à Scriptoribus quamplurimis relatum fuerit, ipsius etiam nomen praefert in MSto, fuitque ejusdem Operibus impressis insertum. At monuit Recentiorum crisis, non posse in suorum censu reponi. S. Augustinus citat illud tanquam lucubrationem Hilarii. Cū autem nec Hilarii Pictaviensis esse possit, nec Arelatensis, tribuitur Hilario Diacono Romano, qui fuit de sectā Luciferianorum. Quod si verum esset, non Sanctum ipsum compellāset Augustinus. Ughellius recenset quendam Hilarium, Episcopum Ticinensem, vitā sanctimoniam, & Arianos debellandi studio eā aetate celebrem, qui & in hoc opere confutatur. Probabilitatis itaque fines non excedit, ipsius esse posse hunc partum, cujus loca complura multis vīsa sunt sapere Pelagianismum.

Habet multa
utilia.

2. MULTA habet in rem nostram, ubi exponit Epistolam ad Romanos. Injectam fuisse, ait, moram Paulo, quominus ad eos se conferret, ¹ ut audientes sibi gratiam spiritualem (intellige baptismum) ministrandam fore, dignos se efficerent à viris carnalibus abstinere, ad excipiendam eam. Ostendit, virtutem igitur Dei esse, quae invitat ad fidem, & dat salutem omni credenti, dum peccata condonat, & justificat. Exponit, plus gratiae in Apostolis esse, quam in Prophetis; hinc Paulum dicere, *magis esse, quae ex dono baptismatis consequimur, quia non solum remissionem peccatorum accipere nos, sed justificari, & si ius Dei fieri profitemur.* ² De Judaeorum lege dicit: ³ *Fides autem donum est misericordiae Dei, ut per legem rei facti, veniam consequantur.* Ex eo, quod Christus pro nobis mortem oppetierit, cū adhuc peccatores, hoc est increduli essemus, deducit: ⁴ *Quanto magis, cū in illum credimus auxiliis suis muniet nos? ad hoc enim pro nobis mortuus est, ut & vitam, & glo-*

riam nobis acquireret. Subdit, quomodo Dei bonitas nullum volens perire, voluerit mortem Salvatoris, ad gloriam gratis, & ingratam poenā augendam. *Ingrati ii sunt, qui Deo vocante dissentiunt, Dei gratiam abnuentes, ut in proposito erroris, & malignitatis permanant.* Paulo post versū 12mo legit: *In quo omnes peccaverunt, & sequenti modo intelligit: Manifestum itaque est, in Adam omnes peccasse, quasi in massā; ipsa enim per peccatum corrupta: (*) quos genuit, nati sunt peccato. Ex eo igitur cuncti peccatores, quia ex ipso sumus omnes.*

3. IN versiculum 14tum affirmat, paucos illos justos veteris Testamenti sub spe servatos esse adventui Salvatoris in loco libero, sicut legitur de Abraham, qui quamvis apud infēros fuerit, discessit tamen longo intervallo est à peccatoribus. Dixerat paulo ante, quod qui Deum veneratus est, si peccavit, quod impossibile est non peccare, sub Deo peccaverit, non in Deum. Alio loco dicit: ⁶ *Antiquos Judaeos fiduciā in Christi adventum conceptā fuisse Christianos.*

EXPOSIT, quomodo faciat semen Adā, quod ⁷ infirmus sit homo ad praecepta legis servanda, nisi Divinis auxiliis muniatur... ideoque esse ad misericordiam Dei confugiendum, ut severitatem legis effugiat, & exornatus delictis de cetero, Deo fuerit, inimicis resistat. Versiculum illum: *Nam quos praescivit, hos & praedestinavit*, interpretatur in hunc modum: *Istos, quos praescivit futuros sibi devotos, istos elegit ad promissa praemia capeffenda.* Docet, ⁸ Esāum, & Jacobum duorum populorum typum fuisse, credentium nimirum, & non credentium, ita ut ex Esāvi posteris dicendi multi sint filii Esāvi, & ex posteris Jacobi filii Jacob. Enarratis subinde, quae hanc in rem ait Apostolus, considerat eosdem, tanquam praemii & poenae symbola. Addit, multos saepenumero, qui actu mali sunt, praescientiae tamen ope apud Deum esse in numero bonorum, propterea quod videat, quales deinde perpetuo futuri sint; atque ita Pharaonem antè damnavit, quod sciret obstinationem ejus futuram.

4. IN versum 16tum affirmat, rectè fieri, quod non in voluntate petentis, sed in dantis arbitrio sit, quod possit. An enim dandum sit, dantis debere iudicio pensari. Verba illa: *Cujus vult, miseretur, & quem vult, obdurat*; non ab Apostolo, sed ab alio quodam hanc ei interrogationem obmovente prolata existimat. Asserit, manifestum esse, gratiam esse donum Dei, gratis ac merā misericordiam concessam, non autem mercedem ope-

(1) ad I. v. 13. & 16. (2) ad IV. §. (3) v. 15. (4) ad V. 6. (5) ibid. v. 9. (*) ita legendum. (6) ad IX. 17. (7) ad VII. 14. (8) n. 11. Nec enim, quia Jacob laudatur, omnes eo nati filii ejus merito dicendi sunt, aut quia Esāvi displicet, omnes ejus origine reprobi sunt.

ri debetam. ¹ Quare duplex gratiae genus statuit, alterum, quod Deus peccata condonat, alterum, quod fidem offert non petenti; quandoquidem in ipsis cadat misericordia, ut quærat, quos gratis sanet. Perstringit sæpe cæcitatem, quam ipsi sibi occæcati intulerunt, uti &, quod qui credere noluerunt, meruerint obtinere id, quod voluerunt, nempe quod non integrum amplius fuerit fidem recipere, & consequi salutem. Locum illum: *Omne, quod non ex fide est, peccatum est*, exponit monendo: ² recte peccatum appellari, quod aliter sit, quam probatum est. Omne ergo quod ad conscientiam pertinet, si aliter fiat, quam fieri debere scit, S. Paulus dicit esse peccatum.

IN secundam ad Corinthios, ubi sermo est de gratiâ, *Dens*, ³ inquit hic Author, à munere suo nullum voluit esse alienum. In primam ad Timoth. proponit hoc dubium: *Si Deus... qui omnipotens dicitur, omnes homines salvos vult fieri, cur non impletur ejus voluntas?* Responder: *Conditio laet... (seu subintelligitur) Non enim sic vult, ut nolentes salventur, sed vult illos salvari, si ipsi velint.*

S. Epiphanius refellit fatum; & adstruit libertatem in differentie.

V. VENIAMUS modò ad Epiphanium, qui, ubi disputat contra Stoicorum, Pharisæorum, eorumque omnium errores, qui fatum propugnabant, non aliâ de causâ, inquit, discrimen hoc inductum est, quod unus scelerum suorum penam referat, alter bonarum actionum suarum præmium consequatur, nisi quia quisque & potest peccare, & non peccare. ⁴ Quam quidem doctrinam in brevem cogere possumus sententiam, quam verissimè quondam Dei nomine protulit Isaias: *Si volueritis, & obedieritis, fructus terræ possidebitis; si autem non volueritis, devorabit vos gladius.* Ex quo perspicue, atque indubitatè consequitur, concessam homini esse libertatem à Deo; ita quidem, ut in ejus sit potestate aut bene operari, aut ad malas actiones appellere animum. Itâ & libro secundo differens contra Origenistas, libertatis arbitrii inimicos: *Penes nos est, inquit, credere, & non credere; penes nos est operari recte, & peccare; penes nos est aut bonam agere vitam, aut malam.*

S. Ephrem Syrus.

2. S. EPHREM Syrus, in quo Syriacæ Ecclesiæ vocem agnoscimus, in suâ in S. Scripturam exegesi exponit, condidisse Deum hominem ad imaginem suam, eâ scilicet potestate præditum usque modò, ut nihil impediat, quominus, si ipsi placeat,

(Deo) parere possit, sui arbitrii, jurisque. ⁵ Exponit Pharaonis indurationem, tanquam ex ejus natam malitia; quia si provenisset à Deo, non potuisset emolliri, & consentire, quemadmodum fecit sapius, ad suam licet duritiem reversus. Idem Patet in Hymnis, per Illustrissimum Assemanium in *Bibliotheca Orientali* publicatis, docet: ⁶ *liberi arbitrii naturam in quolibet homine unam esse &c. unus quippe, si diabolus despiciere potest, consequens est, omnes posse... Noëmi tempore homines erant magnis dediti flagitiis; sed secus evenissent omnia, si ipsis libuisset; liberi quippe arbitrii vires ipsis, ac Noëmi pares fuere.* In Hymnis de Fide: *Non potest laudari Verbum æternum, nisi illo ipso favente; laus ipsa est de suo munere.* Et postea: *Deus exprobrabit justitiam, quæ super omnes effusa est, & gratiam, quæ ab omnibus rejecta est.*

3. VENIAMUS ad ejus Sermones. Agens ibidem de *Vitâ spiritali* differit in hunc modum: *Et quis ita perfidus est, & iniquus, ut præceptorum ruinæ causam adscribat, & non potius improba voluntati ipsius discipuli? Libero enim arbitrio Deus hominem donavit; unde & præmia & supplicia ei sunt proposita.* Et deinde: *Sibi ipsi mortem consciscit, qui perseverat in peccato, & à pravâ vivendi normâ ad frugem non redit.* In alio Sermone: ⁸ *Nunquam gratia quenkam rejicit salvari cupientium. Nam ut fons perennis neminem à suis aquis prohibet, sic & Divina gratia omnibus exposita est; ac patet semper eâ frui volentibus, & unicuique, quantum voluerit.* Quando enim Servator in Evangelio invitabat: *Siquis sitim habet, veniat ad me, & bibat, nullum prorsus fecit inter pauperem & divitem, inter justum & peccatorem discrimen.* Quando agit de Divinâ gratiâ, quam frequenter implorat: *Non in se, inquit, præjudicium gratiæ Dei nomen, non enim res ex nominibus, sed ex rebus nomina æstimantur.* Post hæc: *Novi, ait, per multos optare, se gratiæ filios esse; sed quid illis prodest velle, nisi accedant & facta? multi etiam per fidem gratiæ filii sunt appellati, sed non multi propter negligentiam illâ potentiuntur.*

IN primo Serm. de Compunct. *Cuncta tibi necessaria largitus est benignissimus Deus, judicium, intellectum, prudentiam, & cognitionem rerum spiritualium.* Hinc nullam, Fratres, prætere excusationem ponimus: *quoniam scienter, ac sponte pecca-*

(1) ad XI. 6. Et illi, qui non requirunt, sed offertur illis, ut credant. Duplex ergo gratia est: quia hoc compertit Deo, qui abundas misericordiâ, ut & requirat, quos gratis curet. (2) ad XIV. 22. Recte peccatum appellat, quod aliter sit, quam probatum est. Omne ergo, quod ad conscientiam pertinet, si aliter fiat, quam fieri debere scit, dicit esse peccatum. (3) ad IV. 15. (4) Epiph. I. I. hæc. 16. *διὰ τὸ δοῦναι αὐτοῦ αὐτὸν, καὶ μὴ... ἵνα ἴδωμεν &c. ὡς πᾶσι τὸ εὐχόμεν, καὶ ἀναβόλον, ὡς τὸ αὐτοῦ αὐτὸν παρὰ τὸ θεὸν ὡς πρὸς τὸ αὐτοῦ αὐτὸν τὸ ἀναβόλον, ὡς τὸ αὐτοῦ αὐτὸν τὸ ἀναβόλον.* (5) Ephr. tom. I. p. 18. & 212. (6) Bibl. Or. tom. I. p. 86. & 104. (7) Ephr. de Vit. spir. (8) in mut. Peccat. (9) de Divin. Grat.

mus cuncti. Divina gratia semper corda nostra invisit, & si locum sibi paratum invenerit, ingreditur, & in nostrâ animâ perpetuò quiescit. Pergit ostendere, quomodo pleni simus vitiis, non nativâ, sed liberâ electione; & quomodo inde nascatur, quòd non possit in nos ingredi gratia, tametsi id desideret. Nihilominus lucis suae suavitate cor nostrum pulsât, ut admittatur; quòd nempe eadem allectus homo eandem inquirat. Neque enim potest nos gratia penitus deservere, à propriâ enim ipsius benignitate eò adigitur, ut omnium nostrum miseretur. Felicem illum atque beatum, qui purum semper cor Divinae gratiae parare studet! De timore Dei monet, si gratiae dona recepimus, non debere continuò superbiam efferi hominem: nihil enim habet, quod à Deo non acceperit. Et si non ambulaverimus secundum ipsius voluntatem, ablatum à nobis esse, quae dedit, collaturumque in eos, qui nobis sunt meliores.

S. Basilii.

VI. Ex D. Basilio, qui tam conspicuum inter graecos PP. locum obtinet, colligi primum possunt sententiae ex iis, quae ab ipso in subiectâ materiâ selecta, congestaeque vidimus ex Operibus Origenis. At melius ex propriis eius Operibus. In Constitutionibus Monasticis ita statuit: Ante omnia, quae aggredimur, praecedat fides in Deum, seque adjungat spes ad vires animae per fidem confirmandas, nosque ipsos per spem efficiendos ad bonum promptiores. ¹ Neque enim hominum in bono conatus sine auxilio superno effectum sortientur; neque superna gratia ad ignavum facile venerit: sed utrumque commisceri aequum est, operam nimirum humanam, & quod ad virtutis perfectionem ex alto per fidem advenit auxilium. Omnium, quae recte à nobis fiunt, causa in Deum referenda est ab animâ; cogitantibus nobis, nihil pro suis propriis viribus à nobis recte peragi posse. Haec enim animi comparatio gignere in nobis solet humilitatem; humilitas autem virtutum est aerarium. Dixit etiam in Serm. de Humil. ² Putasne, te boni quid agere? Gratias age Deo, & noli ideo extolli!

2. COMMENTANS in Psalmum, ³ ubi

ait Propheta: Exaltabo te, Domine! quoniam suscepisti me; ita loquentem inducit: At unde venit mihi te exaltandi facultas? ex eo quippe, quòd me suscepisti praeveniendo. Idquod deinde declarat: Sublevasti me, superiorem reddidisti me omnibus adversum me insurgentibus; perinde, ut si alius super aquas teneret puerum natavenscientem. Ille itaque, qui cum Dei auxilio à lapsu se erigit, ex gratitudine pro bonis operibus Deo promittit exaltationem.

Non lubet omittere aliud quoddam documentum, quod refertur ad illud dictum: Deus vult omnes salvos fieri. Quod quidem Deus vult, hoc est, ut omnes ipsius vitam participant. Contrarium non ipsius contingit voluntate, sed hominis ad eius se voluntatem non conformantis; non volente nimirum ipso quinquam per vim compellere. Sûd igitur voluntate Deus cuius vitam impertitur. Idquod respondet alteri suae sententiae, quod J. C. non pro quibusdam duntaxat, sed pro omnibus nobis sanguinem effuderit.

3. In Psalmum 32dum docet, amare Deum misericordiam ante iudicium, neque ad hoc progredi, nisi post illam; sed eam adhibet in eos, qui hâc se dignos reddunt, amans esse in penitentes misericors, & iustus in obstinatos. Docet, timorem esse necessariam introductionem ad pietatem; perficique per charitatem eos, qui timore instituti fuerunt, & directi. Docet, nos esse populum, quem Deus sibi in hereditatem elegit; beatos autem esse ad hereditatem aeternam electos, non item vocatos. ⁴ Electos atque ex alto à Deo respectos ait esse illos, qui ad extremam non progrediuntur iniquitatem; sed in propriâ sese dignitate atque officio continent, atque secundum ea, quae humanae naturae instillata sunt, operantur. ⁵ Docet denique, servorum Dei humilitatem in eo positam esse, ⁶ ut in se ipso nemo spem ponat; neque in suis operibus, sed in Divinâ duntaxat misericordiâ.

4. Psalmo subsequente nos docet, non in humana potentia, neque in sapientiâ, sed in gratiâ Divinâ salutem consistere. ⁷ Inversicolum: Timete Dominum omnes Sancti eius, ita differit: Si timor vitam nostram non moderetur, possibile non est, ut in corpus inreba-

(1) Basil. Const. Mon. c. 19. εἴτε γὰρ ἡ περὶ τὰ καλὰ τῶν ἀδελφῶν ἐν χερίσιν εἶχε τῆς ἀνὰ ἐν βοήθειας τελείωσιν, εἴτε ἡ ἀνάγει χάρις ἐπὶ τὸν κατὰ σπουδαζόντα παρὰ τοῦ αὐτοῦ. ἀλλ' ἐκαστὸν συγκρατῶν περὶ τοῦ σπουδαίου καὶ τῆς διὰ τῆς πίστεως ἀναστῆναι καὶ κατασκευάσαι συμμάχον εἰς τελείωσιν αὐτοῦ, c. 17. μηδὲν ὅμως καταρθεῖν ἐξ αἰτίας λογισμοῦ δύναμις· ἡ γὰρ τοιαύτη διάθεσις τὴν ταπεινοφροσύνην ἡμῶν ἐμποδίζει πέφυκε &c. (2) Serm. de Humil. εἰς τι καταρθεῖν ἀγαθόν; εὐχαρίσται τῷ Θεῷ &c. (3) in Ps. XXIX. n. 2. ἐπειδὴ σὺ με περλάβαις ὑπὸ τῆς... ὁ δὲ ἐν τῇ τῷ Θεῷ βοήθειας ἀναστῆναι ἀπὸ τῆς πτώματος, ὅτε ἐπὶ ἐννομοσύνης διὰ τῶν ἀγαθῶν ἔργων ὁφθαλμοὶ ἐπαγγέλλονται τῷ Θεῷ. n. 4. ὁ μὲν θέλει ὁ Θεός, τὸτό ἐστιν, πάντας μετρίχει αὐτὸς τῆς ζωῆς &c. τὴν μὲν ἐν ζωῇ ὁ Θεὸς τῷ αὐτῷ θελήσει ἐκαστῶν χαρίζεται. In Ps. XLVIII. ὁ ὅστις ἡμῶν ἐξέρχεται πάντων. (4) In Ps. XXXII. n. 3. πρὸ τῆς κείνης ἐν &c. ἀναπῆν ἐν ἐλεημοσύνῃ ἐπὶ τῶν μετανοούντων, ἀγαπᾷ δὲ καὶ κρίσιν ἐπὶ τῶν ἀειδότων &c. n. 6. ὡς μὲν γὰρ ἐννομοσύνην εἰς ἐνδοξίαν ἀναγκάτως παραλαμβάνεται ὁ φόβος; ἀγάπη δὲ λοιπὸν παραλαμβάνει τὴν βοήθειαν ἀπὸ τῆς ἐπιστημονικῆς φοβῆς τελειοῖ. --- ἡμῶν ἐσμέν καὶ λαοί, ὅν ἐξέλεσται εἰς κληρονομίαν αὐτοῦ. (5) τὰς μένοστας ἐπὶ τῷ ἰδίῳ ἀξιώματι, καὶ ποιήσας τὰ ἐπιβάλλοντα τῇ φύσει τῇ ἀνθρωπίνῃ ἀναστῆναι ἐφ' ὃν ὁ Κύριος... (6) μόνον ἔχει τὴν ἐλπίδα τῆς σωτηρίας ἐπὶ τῷ δικαιοῦς τῷ Θεῷ. (7) in Ps. XXXIII. εἰ γὰρ ἐν δυνάμει ἀνθρώπου, εἴτε ἐν σοφίᾳ, ἀλλ' ἐν τῇ χάριτι &c.

pur sanctitas. ¹ Et postea: ² Qui animam habent metu Divino occupatam, omnem, quæ ex pravis affectionibus nascitur, perturbationem effugiant. (*) Et in alium illum: Timorem Domini docebo vos, exponit timorem salutarem, & salutis operativum esse illum, qui ex peccato remanere facit, atque ingruente tentatione in mentem revocat terribile DEI iudicium, & pœnas inferni. Hunc igitur Domini timorem nos se docturum Pater promissit; neque dixit simpliciter se docturum, sed illos, quibus deliberatum est eundem audire; non illos, qui diu versantur in peccato, sed qui verè desiderant salutem; non extraneis, (à Novo nimirum & Veteri Testamento exclusis) sed illis, qui baptismi virtute digni fuerunt redditi adoptione. Hinc dicit: Venite, hoc est accedite ad me propius bonorum operum virtute, o filii, qui per regenerationem digni fuistis æstimati esse filii lucis! ³

In eundem Psalmum: Quemadmodum lux hæc sensibilis non eodem modo oboritur omnibus, sed iis, qui oculos habent, qui vigilant, qui sine impedimento solis possunt gaudere præsentia: ita & Sol iustitiæ, lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, non omnibus suum impertitur splendorem; sed qui dignam ipso vitam agunt. ⁴ Pergit: Et quemadmodum Sol nascitur, at non percipitur à noctuis; ita &, quicumque malè agit, odit lucem, eamque fugit, nè prodatur. Dicit etiam hic, dictum illud: Beati pauperes spiritu, intelligi de illis, qui sponte elegerunt paupertatem. Nihil enim beatum esse dicendum, quod non est voluntarium. Omnis proinde virtutis, ac huius speciatim, proprium præ cæteris characterem esse, quod sit voluntaria. ⁵

Docemur alio in loco: multà ope indigere hominem ob naturæ suæ imbecillitatem; patere tamen periculum ad Deum, apud omnes esse in confesso. Item fieri non posse, ut Divina gratia reddamur capaces; nisi pravas primùm affectiones, quæ animum nostrum

occuparunt, ejecerimus. ⁶ Item dixisse Davidem idem planè, quod Paulum: ⁷ Bonum certamen certavi, cursum consummavi, & reposita est mihi corona iustitiæ. Siquidem æterna requies eos manet, qui legitime certarunt in hac vitâ. Non quasi merces adeo ampla debeatur operibus, sed quod liberalissimè DEI gratiâ concedatur iis, qui babuerunt spem in ipso.

SCRIBENS in Psalmum sexagesimum primum, ubi habet Propheta: mendaces esse filios hominum in stateris, irâ commentatur: Multi mechanicorum artificum non indigent stateris in suis opificiis. Quid est igitur, quod dicat paratam in uroquoque nostrum à Conditoris esse stateram occultam, ex quâ de rerum possimus judicare naturâ? Hic adducit dictum illud: Posui ante te vitam & mortem, bonum & malum, duas naturas inter se contrarias. Examina illas diligenter in tuo tribunali, & considera, quæ magis tibi expediat.

⁸ Et post: Male appendis, si malum præ bono eligis. Nec poteris purgare te in die iudicii, dicendo: non noveram, quodnam bonum esset; datur quippe tibi statera propria sufficientem tibi præbens inter bonum & malum dijudicandi facultatem. Ponderum quidem materiarum & corpororum experimentum capimus ex bilancis inclinatione; de rebus autem in vitâ eligendis libero animæ arbitrio iudicium ferimus; quod propterea à Psalte vocatum fuit statera, quod in utramque partem æquè possit propendere. ⁹

VII. IDEM S. Pater in Tract. quod Deus non sit auctor mali, ¹⁰ quod, cum dicit Apostolus vasa iræ aptata in perditionem, non oporteat existimare, Pharaonem fuisse rem ex se malam: sic enim in iustum artificem culpa transferretur: Sed cum vasa aulis, intelligas, unumquemque nostrum vas esse ad aliquid boni elaboratum. Ità in domo ampliore vasa sunt aurea, sunt argentea, sunt cæteracea, sunt lignea: liberum autem cuiusque arbitrium, unius alteriusve materiæ similis efficit. Pro eo nimirum, ac quisque

(1) ἐὰν μὴ φόβος παιδεύῃ ἡμῶν τὴν ζῆλον, ἀμύχανον καταρδαίνου τὸν ἀγίασμόν ἐν τῷ σώματι. (2) οἱ τῷ θεῷ φόβον τὴν ψυχὴν κατελεγκμένοι πᾶσαι τὴν ἐκ τῶν παθῶν τῆς ἀμαρτίας ἐνέχουσαν διαφύγουσι. (*) Cl. Mass. ita vertit: Non timent molestiam peccati per pravas affectiones. (3) π. 8. τῶτοι τὸν φόβον τῷ κυρίῳ διδάσκον ἡμᾶς ὁ πατὴρ ἐπονομήσατο· ἐκ ἀπλῶς διδάσκον, ἀλλὰ τὸς ἀκούει αὐτὸς προαιρουμένους &c. οἱ οὗτοι γινώσκουσι διὰ τῆς παλιγγενεσίας καταβιβάζοντες. (4) π. 4. ἀλλὰ τοῖς ἔχουσιν ὀφθαλμούς. καὶ ἐγγυροῦσι &c. τὸ ἀληθινὸν φῶς, ὁ φωτίζει πάντα ἀνθρώπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον, ὃ πᾶσι τὴν ἰαντὴν φαιδρότητα χαρίζεται, ἀλλὰ τοῖς ἀέλοις αὐτὸ πολιτονομήσουσι· ὡς γὰρ ἀπέλειπε μὲν ὁ ἥλιος, ἀλλὰ ὃ ταῖς νυκτέσιν &c. ὥτα καὶ πᾶς ὁ τὰ φῶτα πρᾶττον μιστὶ τὸ φῶς &c. (5) εἰδὲν γὰρ τὸν ἀπροσέγγιστον μακαρισμόν... τῷ ἐκείνῳ χωρητικότητι. (6) in Pf. XLV. n. 1. ὅτι μὲν ἐν ταῖς τοῖς θεοῖς ἡ καταφύγη παρὰ πάντων ἀπολογηται. in PL. LXI. n. 4. ἀμύχανον ἐστὶ χωρητικὸς ἡμᾶς γινώσκουσι τῆς θείας χάριτος μὴ τὰ ἀπὸ κακίας πάθη προκαταρτίζοντα τῆς ψυχῆς ἡμῶν ἐξολοθίζοντες. (7) in Pf. CXIV. n. 5. ἀπὸ κατὰ μοῖ ἐστὶ δικαιοσύνης σέφανος &c. ὃ κατ' ὀφείλημα τῶν ἔργων &c. (8) in Pf. LXI. n. 4. τί ἐν ἐστὶ ὁ λόγος, οἱ ἑκάστη ἡμῶν ἐν τῇ κεντρῷ ζυγῶς τις ἐστὶ παρὰ τῇ κτίσαντος ἡμᾶς ἐγκατασκευασθείς, ἐφ' ἃ τὴν φύσιν τῶν πραγμάτων δύναται εἰς διακρίνωσιν. (9) κακὸς ζυγοσταθὴς ποιεῖ τὸν ἀγαθὸν ἀδικεῖν μισθὸς προσφίεται σοὶ τὰ ἴδια σε ζυγὰ ἑκατὸν παρεχόμενα διακρίνει ἀγαθὸν καὶ κακόν· τὰ μὲν γὰρ τῷ σώματι βίβη ταῖς ἐπὶ τῆς τευτάνης ῥοπαῖς δοκιμίζομεν, τὰ δὲ τῷ βίῳ ἐκλεκτὰ τῇ ἀντιθέσει τῆς ψυχῆς διακρίνομεν. ὁ καὶ ζυγὸν ἀνέμασιν διὰ τὸ ἴσην δύναμιν λαμβάνειν τὴν ῥοπήν ἐφ' ἑκατέρῃ. (10) Tract. Quod &c. edit. nov. tit. 2. p. 77. ὅτι καὶ λέγει ποτὶ ὁ Ἀπόστολος οὐκ οὐν ἀγῶνς καταπετιομένη εἰς ἀπολλίαν, καὶ καταστρέφειν τινὰ ποιεῖν ἐνδύμεν εἶναι τοῦ Φαραὼ· ὥτα γὰρ ἐπὶ τὸν κατασκευασθέντα δικαιοτέρῳ αἰτίᾳ μετίνευσθαι· ἀλλ' ὅταν ἀκούσῃς οὐκ οὐ, τοῖς ὅτι πρὸς τι χροῖσιν ἑκάστος ἡμῶν πεποιτηται· τῆς προαιρέσεως ἐκείνη τὴν πρὸς τὰς ὕλιν ἐμπίεσθαι παρεχόμενη.

operatur, bonosque habet, aut pravos mores. Quapropter cum Pharaon puniendus sua se malitia reddiderat insanabilem, sapientissimus rerum Moderator celebre in illo statuere voluit exemplum, ut aliis saltem utilitatem adferret. ¹ *In iuravit itaque ipsum longanimitate, et paucis dilatione, augens hoc pacto ipsius malitiam, ut per ipsam Divini aequitas resplenderet iustitiae.* Eadem Homilia dicit: ² *Principium est radicem peccati nostram esse potestatem, liberumque arbitrium.* Solum malum esse peccatum, illudque ex nostra pendere voluntate, quandoque semper nos sit aut abstinere a vitio, aut esse virtuosos. ³ Inferius: ⁴ *At quare plane capax est mali? ob sui motum, seu appetitionem arbitrii (*) rationali potissimum naturae convenientem.* Haec quippe omni soluta necessitate, vitamque liberam a Conditor, quod ad ejus imaginem facta sit, consecuta potest & virtutem amplecti, & peccatum devitare. Obmoveretur porro: *Cur conditi ita non simus, ut per naturam integrum nobis non sit peccare?* & responderet: *Quia nec tu benevolos erga te servos fore credis, si vinculis adstrictos tenes; at certe, si sua sponte vides facere, quae expectas: ita nec Deo gratum accidit, quod coactum est; sed illud, quod recte fit ex virtute.* Virtus autem electio, non necessitate gignitur: electio autem ex eis pendet, quae in nostra sunt facultate; in nostra porro facultate liberum est arbitrium.

2. In Tract. de Spir. S. edisserit, ipsum ex hominibus, qui vasa primū erant diaboli, quae ad malum quamvis actionem utebatur, effecisse vasa utilia Domino, ⁵ & ob nostri praeparationem arbitrii ad omne opus bonum adepti. (*) Etiam in Homilia de fide laudibus effert Spiritum S. qui tametsi in creaturas distributus, nullā tamen parte minuitur. Confert quidem gratiam omnibus, nec tamen consumitur. Ac quemadmodum sol, cum corpora illuminat, variēque ab ipsis participatur, non tamen decrevit; ita & Spiritus, dum suam omnibus confert gratiam, integer manet, atque indivisus.

3. HOMILIA in Hexamerō notat, quomodo aliqua nobis virtutes naturā sunt congenitae, quibuscum anima offuscatam habeat naturalem, nullā etiam accedente institutione. ⁷ In fragmento dissertationis de libero Arbitrio, quod alienā manu ex D. Basilii Commentariis excerptum videtur, docet, impossibile esse vincere inimicum virtute propria, & sine ope Divina; docet, consistere in hoc arbitrium, quod in hominis potestate sit velle, aut nolle demoni resistere; non autem in eo, quod possit in animi motiones imperium obtinere. ⁸ Docet, Divino nos indigere auxilio, ac proinde fieri non posse, ut vincat is, qui primum, quoad per humanas vires licet, se ipsum non expurgavit, quod nempe possit superna corroborari virtute. ⁹ Et quia nequit anima nostra sine armaturā S. Spiritus diabolicis resistere insidiis, hinc esse, quod jubeamur orare Deum, ne intremus in tentationem. Inculcat, vanos nostros fore conatus, nisi validiori Dei auxilio igneis inimici sagittis erepti adoptionem promeritiamur Divinam; atque ad participandam gloriam opus esse, ut amoris, atque virtutis vi potentem Dei opem nobis procuremus; cuius particeps fieri quemadmodum ante diximus, nemo potest, nisi qui a vitā molli, ac voluptaria contrariaque potentie cupiditatibus sese abstinerit. ¹⁰

HOMILIA in illud: *Attende tibi, habemus, dum spiritus est caro inter se luctantur, cauto opus esse, ne per delicias vires addamus majores peiori.* Quemadmodum ¹¹ enim in motu bilancis, si lancium alteram gravas, leviorē necessariō facies oppositam: ita pariter inter corpus & animam redundantiā virtutis necessariō post se trahet alterius immunitatem. Habemus, coronandum non esse, nisi qui legitime certaverit. Habemus ibidem, ¹² Divina praecepta vitam nostram perficere, expeditam esse viam ad Deum per praecepta, decere nos regnum Celorum, paratas esse coronas iustitiae homini labores pro virtute non detrectanti. (*) Ibidem etiam legitur: ¹³ *Impium fore, dicere, praecepta Spiritus Sancti esse impossibilia.* Sic in Regulis brevibus, lo-

(1) ἐκλήρου δὲ αὐτὸν τῇ μακροθυμίᾳ, καὶ τῇ τῆς ὑπομονῆς ἀναβολῇ ἐπιβλεπὼν αὐτῷ τὸν κακίαν &c. (2) ἀρχὴ καὶ μέγα τὸς ἀμαρτίας τὸ ἐφ' ἡμῶν καὶ τὸ ἀνελθόντων. (3) n. 5. ἐκ τῆς ἡμετέρας προαγωγῆς ἡμετέρας, ἐφ' ἡμῶν οἷος ἡ ἀνελθόντων τῶν πονηρίων, ἢ μακροθυμίας εἶναι. (4) n. 6. διὰ τὴν ἀνελθόντων ἐρεμὴν τὴν μαλίστα πρὸς τοὺς λογικῆ φύσεως ἀλλοτρίαν γὰρ πάσης ἀνθρώπου, καὶ ἀνθρώπων ζῶντων λαβὼσα παρὰ τὸ κλειστός &c. (*) Cl. Maff. ob sui potestatem arbitrii. (5) καὶ οὕτως τοῖς τὸ μακροθυμίας εἶναι, ἀλλὰ τὸ ἐξ ἀσθενείας καλεσθέντων, ἀρετὴ δὲ ἐκ προαγωγῆς, καὶ ἐκ ἐξ ἀνθρώπων γίνεσθαι. προαγωγῆς δὲ τῶν ἐφ' ἡμῶν ἡμετέρας τὸ δὲ ἐφ' ἡμῶν ἐστὶ τὸ ἀνελθόντων. (6) de Spir. S. c. 8. τὸς καὶ ἡμετέρας εἰς τὰν ἐργον ἀγαθὸν ἐκ τῆς εὐμαρίας τῆς ἐφ' ἡμῶν. (*) Maff. ad bonum prompta. Hom. de Fide, t. 2. p. 133. τὸ εἰς πάσαν κλίσην μετατρέπονται... πᾶσι μὲν τὴν παρ' ἐαυτῶν χάριν διδόντων... ἐπὶ καὶ τὸ πνεῦμα πᾶσι τὴν παρ' ἐαυτῶν χάριν παρέχον. (7) In Hexam. Hom. 9. ἐπὶ δὲ καὶ παρ' ἡμῶν ἀρετὰ κατὰ φύσιν, πρὸς αἷ, &c. (8) tom. 2. p. 613. τὸ γὰρ ἐν τῇ τῇ ἀνθρώπου δυνάμει ἀνελθόντων ἐπὶ τὸ ἐλθόντων ἢ ἐπὶ τὸ ἐλθόντων τὸ διαβολὴ ἀντιπρὸς καὶ αὐτῶν. ἐκ τῆς &c. (9) μὴ πρότερον κατὰ δυνατόν ἀνθρώπου ἐκκαταρῶνται αὐτὸν... ἐπὶ γὰρ μὴ διὰ τῆς κρείττονος βουλής, μὴ δυνάμει, τῶν &c. (10) n. 1. ἡ ἀμαρτία μετατρέχον, ἐν μὴ, ὡς προειρημένον πρότερον, ἀπαραμεινὸν τῆς τῆς κατὰ μὴ ἡδονατικῆς, τῶν τε ἐπιθυμιῶν τῆς ἐναντίας δυνάμει. (11) ὥστε γὰρ ἐν ταῖς σοφίαις τῶν ζῶντων ἐάν μὴν καταβαρύνῃς πλῆθος γὰρ καὶ φορτίαν πάντας τὴν ἀντικειμένην ποιήσεις, ἐπὶ καὶ ἐπὶ σώματος καὶ ψυχῆς ὅτι ἐπὶ πλεονασμὸς ἀναγκάσει ποιεῖν τὴν ἐλαττωσὶν τὴν ἐπὶ. ὅστις γὰρ εὐφραντα, ἐάν μὴ νομίσας ἀλλοτρίαν. (12) n. 6. διὰ προσέγγιστάς τε λείπονται οὐ τὴν ζῶντων, ποσὴν πρὸς Θεὸν διὰ τῶν ἐντολῶν. Βασιλεῖα τῶν ἀγαθῶν ἐνδοξίας, εὐφραντα δικαιοσύνης εἰσέλθοντες τὸς ἐπὶ τῆς ἀρετῆς πόνους καὶ ἀποδοῦναι. (*) Cl. Maff. vii ad Deum expedita, coronae iustitiae parata &c. (13) n. 2. ὡς εἶπεν ἐν τῷ λέγειν ἀδύνατα εἶναι τὰ τῷ Πνεύματι παραγγέλλοντα. Reg. brev. in Resp. 176. ἐκ αὐτῶν προερχομένων ἀγαθῶν, καὶ δίκαιων, ἐν μὴ τὸ δυνατόν ἐχρησίστα.

quens de dilectione inimicorum, *citra dubium*, inquit, hoc non praecepisset, qui bonus & iustus est, nisi & facultatem concessisset exequendi.

Non inobservatas praeteribimus Epistolae. Trigesima octava ait: *Quidquid boni in nobis Divina virtute efficitur, operationem gratiae omnia in omnibus operantis esse asserimus.*¹ Sexagesima sexta: *Magna operatur Deus per eos, qui ipso sunt digni.* Centesima sexagesima prima scribens ad quemdam, qui demum ad Ecclesiam se aggregare statuerat: *Benedictus Deus, inquit, qui in omni aetate eos eligit, qui magis sibi placent, vasa electionis cognoscens; iisque utitur in misterio Sanctorum.* Deprehendit jam se ille fugientem, atque inevitabilibus gratiae rebus involvit. Ducentesima tertia: *Cum nos dico, non humanas vires intelligo, sed gratiam Dei, qui nostram in imbecillitate suam ostendit potentiam.* Ducentesima sexagesima prima: *Ceteroquin ad vitam revocati non fuissetis per Christum, qui mortui eramus per Adam: quod lapsum erat, non surrexisset; quod ruptum erat, non fuisset resarcitum.* Petrus Diaconus D. Basilio tribuit piam quandam precationem, quam in Sacrificio Missae ab Orientalibus recitari consuevisse affirmat. Illius tamen nec in Liturgia Basilii, nec in Graeco ullum extat vestigium, nec videtur graecum sapere stylum. Referemus eam, cum de Petro Diacono habebimus sermonem.

4. EXTAT inter Opera Basilii Commentatio in Isaiam, quae ad XVI. usque saeculum ipsi semper fuit adjudicata. Non defuit deinde, qui id vocaret in dubium, confessus tamen, monumentum esse ejusdem plane aetatis. Ultimus tamen editor, qui in tomo 3tio defudavit, in Sancti hujus Vita(*) ad omnes respondet difficultates, ostendens, partum hunc genuinum esse, atque indubitatum. In hoc Commentario sequens legitur doctrina, similitudine quamdam, quae a Sancto nostro pluribus in locis

refertur, adumbrata: *Natura nostra aequalem habet motum ad utramque partem; ac saepe quidem in malum, saepe etiam in bonum quasi in statera propendit; dum nimirum anima jam in partem passionum inclinatur, jam a ratione in partem meliorem trahitur.*²

Cum loquitur de versu illo: *Si volueritis, & si mihi obediveritis, per istum ait speciatim manifestum reddi liberum arbitrium humanae naturae, atque disserit in hunc modum:*³ *Oportet primum velle, ac deinde obedire, ut nostrum arbitrium liberum sit a necessitate.* Et iterum: *Si non volueritis, non mihi obedietis; ex nolitione enim nascitur inobedientia.* Aded quippe omnis beatitudo, ac infelicitas* ex nostra pendet voluntate. Habet alibi: *nihil malum esse naturam, neque abalienatum a Deo, sed omnia sibi causam esse, cur aut recedant a Deo, aut ad eundem accedant.*

⁴ Cum ad Deum dixit Propheta: *Ecce me! mitte me!* advertit, non adjungere ipsum: & ibo; siquidem acceptare missionem nostram est: sed ad profectionem vires accipere illi us est, qui gratiam largitur, & robur.⁵ Plura alia citra dubium a D. Basilio hac in materia habemus documenta, si ejus lucubratio adversus Manichaeos, quam laudat Augustinus, non nobis invidisset temporum injuria.

VIII. FRATER Basilii fuit D. Gregorius Episcopus Nyssenus, qui in Orationem Dominicam haec nobis prodita reliquit: *Quam ob causam precamur Deum, ut bona ab ipso nobis veniat voluntas? quia infirma ad bonum est humana natura, ex quo semel per peccatum fuit enervata. Non enim eadem facilitate ad bonum, quam ad malum venit homo, atque ab illo rursus ad bonum revertitur. Eadem differtatione: Cum appetitus noster, inquit, fertur ad malum, non indigemus cooperante, quandoquidem sua sponte in nostra voluntate malitia se perficit. Cum autem inclinamur in melius, Deo opus est, qui voluntatem in opus redigat. Et deinde: Efformetur in me feliciter tua virtu-*

D. Gregorius
Episcopus Nyssenus.

(1) Ep. 38. n. 4. πᾶν ὅπερ εἰς ἡμᾶς ἐκ θείας δυνάμεως φέρηται, τὴν πάντα ἐν πᾶσιν ἐνεργῶν χάριτος ἐνεργεῖν εἶναι φησὶν. Ep. 66. διὰ τῶν ἀξίων αὐτῆ ἐνεργεῖν. Ep. 161. ἐνλογητὸς ὁ Θεός, &c. Ep. 203. τὴ ἐν τῇ ἀδυναμίᾳ τῶν ἀνθρώπων τὸ δοῦναι ἑαυτῷ δεικνύοντες. Ep. 261. ἐκ ἐξωποικηθῆναι ἐν τῷ Χριστῷ οἱ ἐν τῷ Ἀδὰμ ἀποθνήσκοντες. ἐκ ἀνέπλησθαι τοῦ διαπνεύματος, ἐκ ἀναρτῶσθαι τοῦ κατεργαζομένου. (*) in Vita S. Basil. c. 42. (2) Com. in Is. n. 202. ἡ μὲν ἡμετέρα φύσις ἴσθι ἔχει τὴν ἐφ' ἑκατέρω ῥοπὴν, καὶ πολλάκις μὲν πρὸς τὸ πονηρὸν, πολλάκις δὲ καὶ πρὸς τὸ ἀγαθὸν ἀποκλίνει, ὡς ἐπὶ ζυγῷ. (3) πρῶτον μὲν τοὶ θελήσαντες θεῷ, καὶ τότε ἰσχυροί, ἵνα τὸ ἐφ' ἡμῶν ἀναταναρώμενοι ἢ καὶ πάλιν ἰδὼν μὴ δύναντες, μὴδὲ ἰσχυροὶ μὲν. ἐκ τῆς μὴ διλήσαντος τοῦ μὴ ἰσχυροῦ. ἐκ τῆς πάντα μακαριότητος, καὶ ἡ ἐν κολαίᾳ, καὶ τοῖς ἐπιπόνοις διαγωγῇ ἐκ τῆς ἐφ' ἡμῶν ἡρώτηται. (*) ad verbum: beatitas vel vite in supplicio, ac molestiis iraductio &c. (4) n. 90. εἴδη τῇ φύσει πονηρῇ, εἴδη ἡλλοτριωμένοι Θεῷ, ἀλλὰ παρὰ τὴν αὐτῶν αἰτίαν ἕκαστα ἡ ἀφίστανται ἀπὸ Θεοῦ, ἡ προσερχεῖται αὐτῷ. (5) n. 84. ἰδὲ ἐγὼ εἶμι, ἀποτειλὼν με, ἐκείτῃ προσέδωκεν, ἐνᾷ πορεύομαι: τὸ μὲν γὰρ δεῦναι τὴν ἀποσολὴν ἐφ' ἡμῶν, το δὲ δυναμιδὴν πρὸς τὴν πορείαν ἐκ τῆς διδόντος τὴν χάριν, τῷ ἐνδύοντος Θεῷ. Aug. cont. Jul. l. 1. n. 16. de Libro ejus, quem scripsit contra Manichaeos. (6) Greg. Nyss. in Orat. Dom. Orat. 4. διὰ τί τὴν παρὰ τῷ Θεῷ γινώσκων τὴν ἀγαθὴν ἡμῶν προαίρεσιν ἐπιτοχόμεθα; οἱ ἀδύνατοι ἡ ἀνθρώπινη φύσις πρὸς τὸ ἀγαθὸν εἶναι, ἀπαρὶ διὰ κακίας ἐκνευρομένη: ἡ γὰρ μετὰ τῆς αὐτῆς ἐνκαλίας, ἡ πρὸς τὸ κακὸν ὁ ἀνθρώπος ἐρχεται, καὶ ἀπὸ τούτου πάλιν ἐπὶ τὸ ἀγαθὸν ἐπανέρχεται. πρὸς μὲν τὸ κακὸν ἡμῶν οὐκ ὁρμῆς γινώσκοντες, ἡ χρῆται τῷ συνεργῶντος, αὐτοματίας ἐν τῷ θελήματι ἡμῶν τῆς κακίας αὐτῆς πλειόνης: ἐὶ δὲ πρὸς τὸ κρείττον γίνοντο ἡ ῥοπή, τῷ Θεῷ χρῆται τῷ τὴν ἐπιθυμίαν εἰς ἔργον ἀγόντες: καὶ τὴν αὐτοκατίας τὴν καὶ αὐτεξουσίαν, καὶ πάσης ἀνάγκης ἐλευθεροῦν, ἵνα ἐπ' αὐτοῖς ὁ τῷ πατρὶ ἐπιστάτης ποιῇ, ὡς αὐτονομῶν τινὶ προαίρεσιν οἰκονομιῶν πᾶν ὅσον λόγῳ καὶ διανοίᾳ τῷ ἰσχυρῷ. In Cant. Hom. 5. διὰ τὸ ἴσθι ἐν γινώσκων τὴν δύναμιν τῇ προαίρεσιν πρὸς τὴν ἐφ' ἡμῶν ἵστα τῶν ἐν αὐτῷ ῥοπῇ.

te bona hæc voluntas; iustitia item, putas, atque à pravis appetitionibus ab alienatio. Docet paulo post omni creaturæ rationis compoti, ut sunt Angeli, & homines, insitum fuisse amorem honesti. Item dedisse supremam rerum omnium Moderatorem potestatem absolutam, atque arbitrium omni necessitate liberum, & in utramque partem æqualiter propendens, ut propriam atque independente electione se dirigeret, quicumque ratione est, & mente prædus. Attingit porro, quomodo in nostrâ sit potestate obtinere à Deo, quod volumus; siquidem, si nostra nobis condonari volumus debita, aliud opus non est, quam ut condonemus aliena.

2. DUM interpretatur Cantica, in verba illa: Surge, & veni, monet multa paucis his verbis dogmata contineri. In mutabili nostro ingenio bonum cum malo vices agunt; propterea quod insit voluntati nostræ æqualis potestas ad utrumque ex contrariis amplectendum. Verè surgenti nunquam deest, unde surgat semper; neque currenti ad Dominum unquam amplius deficiet cursus ad cursum prosequendum celestem. Vigilare oportet semper, neque unquam cursu propinquare desinere. Quoties enim ait: Surge, & veni, toties ad id, quod melius est, ascendendi facultatem largitur. Ante omnia autem contendit, & surgere, & venire, ex toto esse spontanea. Virtus enim libera est, voluntaria, omni-que necessitate soluta.² Talis erat David, qui advertebat, non placere, nisi quod faceret voluntariè, promittebatque voluntariè se sacrificaturum.

HOMILIA de Vitâ beatâ discutit, quomodo is, qui hominem ad imaginem suam condidit, omnium bonorum in simulacro suo materiam, & motiva reposuerit, adeo quidem, ut nihil de honesto foris advenire nobis opus sit; sed existat in nobis, quod volumus; quippe qui quasi ex nostrâ natura ceu quodam promptuario bonum omne deponimus. Pergit demonstrare, quo pacto, qui petit, accipiat; ac proinde per nos stet, quominus obtineamus. Ex quo pariter liquet, quod ex eadem ratione imperius in malum à nullâ nobis necessitate externâ imprimatur. Concludit, potestatem absolutam atque independentem, quam naturæ auctor in humanâ na-

turâ fabricatus est, perspicue ex eo ostendi, quod à nostra omnia pendeant voluntate, sive bona sint, sive mala. Ex quo consequens est, non aliâ de causâ ad dextram nos, aut sinistram collocandos esse partem, quam ob rationem vitæ, quam tenuimus.

3. LONGA suâ Orat. Catechetica ait, effectum esse hominem Dei simulacrum, eamque similitudinem in libero potissimum arbitrio eundem conservare. Obmovebatur contra Conditoris bonitatem, quod non ad omnes fides pertingat. Quid est, inquiebant, quod non ad omnes gratia perveniat, sed ad aliquos, & non exigua pars hominum fuerit præterita? Dicit non potest, quod aut noluerit, aut non potuerit Deus integrum conferre beneficium. Si igitur fides bonum quoddam est, cur non obvenit singulis? Quod si hominibus distribuitur secundum Dei voluntatem, & nonnulli fuerunt vocati, alii non fuerunt, iure iustitiarum accusabuntur. Sed si ejusdem rationis (*) in omnes cadit vocatio, (siquidem ex hoc capite initio predicationis omni lingua loquebantur Apostoli) quo iure possunt incusare Deum, quod non omnium animos occupet veritas? Ille, qui in omnia habet potestatem, ut summo hominem honore afficeret, in nostrâ etiam aliquid potestate reliquit, cujus unusquisque solus est Dominus. Est autem hoc voluntas, res nullius imperio subiecta, & positum in iudicii libertate arbitrium. Hinc est, quod, dum D. Petro, ad confertam multitudinem concionem habente, tria duntaxat millia credebant, proposita omnibus gratia sponte recedentes in neminem conferre culpam potuerint, quam se ipsos.⁷ Opponebant insuper, posse Deum, si velit, etiam venientes ad predicationem animo vice plenam constringere. At reponit S. Doctor: Ubi esset in his liberum arbitrium? ubi laus bonorum operum? rerum enim vitæ & rationis experientia proprium duntaxat est alienâ duci voluntate: natura autem capax rationis, & intelligentie, si arbitrii libertatem non habet, ipsam etiam perdit intelligentiam. Quorsum enim indiget ratione, si libertas quid pro arbitrio eligendi pendet ab alio? Porro si voluntas manet iners, & sine actione, necessarium est virtutem exanescere, utpote per voluntatis inefficaciam impeditam.⁸ Loquens deinde de baptismo

Sine libertate non datur meritum.

(1) ἀλλ' ἵνα γὰρ ἐκείνου χάρις, καὶ μὴ τοῦ διὰ τὸ θεῖον πνεῦμα ἰσχύος πάντοτε αὐτοῦ, ὅς δοκῶν ἐν λέγει τὸ ἀνά-
δρα, καὶ τὸ ἐλθεῖν, ἰσοκύβητος τῆς πρὸς τὸ θεῖον ἀνθρώπου τὴν δυνάμιν διδάσκει. (2) ἀδύνατος γὰρ ἡ ἀρετὴ, καὶ
ἐκείνη, καὶ ἀνάγκη πάντος ἐλευθερίας. (3) de Vit. beat. Orat. 5. πάντων ἀγαθῶν τὰς ἀφορμὰς ὁ κατ' ἐκείνην ἰαν-
τὴ ποιῶν τοις ἀνθρώποις τῇ φύσει τὸ πνεῦμα ἐκείνου, ὅς μὲν ἐν αὐτῇ τῶν καλῶν ἔργων ἐπιτελεῖται, ἀλλ' ἐν
ἡμῖν ἵνα, ὅτις βυλάμεθα, εἶον ἐκ ταύτης τῆς προχοῆς οὐκ ἐν τῇ φύσει. (4) ἐκ δὲ τούτου ἡ ἀντοκρυ-
ψὶς τῆς καὶ ἀντιθέσεως δυνάμει, ἢ ἐκτεκνήτω τῇ φύσει τῶν ἀνθρώπων ὅς τῇ φύσει κυρίου σαφῶς ἐπιδείκνυται διὰ τὸ
πάντα τῆς προχοῆς τῆς ἡμετέρας ἡγεμονίας ἐν τῇ ἀγάπῃ, εἴτε χειρὸς. (5) Orat. Catech. c. 21. τῇ ἀντιθέσει τῆς
προχοῆς τῆς πρὸς τὸ θεῖον διακρίσεως ἀμείνων. (6) cap. 30. εἰ δὲ ἐμὸς ἵνα πάντας ἡ κλήσις &c. (*) vel ut
vertit Maff. si vocatio pervenit ad omnes sine discrimine. δι' ὑπερβολὴν τῆς εἰς τὸν ἀνθρώπου τιμῆς ἀφ' ἧς τὴν καὶ ὑπὸ
τῇ ἡμετέρας ἐξουσίᾳ εἶναι, ὅς μόνος ἐκαστός ἐστι κύριος, τὸτο δὲ εἶναι ἡ προχοῆς, ἀλλ' ἂν τὴν καὶ τῇ ἀντιθέσει
τῇ ἐλευθερίᾳ τῆς διανοίας κειμένων. (7) cap. 30. καὶ γὰρ ἡν ἕκαστος ἐν κοινῇ προτιθέμενος τῆς χάριτος τοις ἐκείνου ἀποδο-
τῶντα μὴ ταῦτα, ἀλλ' ἐξουσίᾳ τῆς δυσκλείας ἐπαυτῶν. (8) εἰς τὴν γὰρ χρηστέαν τῇ διανοίᾳ τῆς τῆς προχοῆς τῆς
τῶν κατὰ γνῶμιν ἐξουσίας ἀφ' ἐκείνου κειμένων; εἰ δὲ ἀπὸ αὐτοῦ ἡ προχοῆς τῆς κειμένων.

ait: Salutem hominis in actum redigi, dum in aqua mundatur. Et postea: Vides, quam parvi moliminis res, quamque facile sit præstare ea, quæ initio requiruntur, fidem nimivum & aquam: dum illa quidem pendet internè à nostrâ voluntate, hæc verò res est humanæ vitæ communis ac familiaris. ¹ Ac demum: Si igitur Deum recepisti, ejusque factus es filius, ostende, ipsum existere in te per tuæ voluntatis effectus. ²

4. In alia Oratione docet, ³ non posse sæpe obvenire animis Divinam gratiam, quia suam effugiant salutem; virtutisque humanæ vires se ipsis non sufficere, ut animam privatam gratiâ ad vitam faciant ascendere. Nisi Dominus ædificaverit domum, invanum laborat, qui ædificat eam. Inde discimus, non debere nos existimare, totam coronam ab operâ humanâ dependere; ⁴ sed oportere spem finis referre ad voluntatem Divinam. Divina enim voluntas est, expurgare animam per gratiam, ut puram illam, ac mundam ipsi exhibeamus. Inculcat sub finem, non oportere laudare se ipsum, sed unum, solūque Deum. Si Dei habebimus amorem, & ceteras secuturas esse virtutes. Dei amatoribus facilem ac suavem esse laborem, qui est in observandis præceptis; non oportere unquam recedere nec ab humilitate, nec ab oratione; illiusque fructum esse virtutes. Denique prætereundum neminem debere imbecillitatem, aut impotentiam bonam sectandi vitam, quandoquidem nihil præcipiat Deus, quod fieri non possit. ⁵

In alia ostendit, æquum non fuisse, ut ad virtutem nos Deus adstringeret, atque ita privaret ornamento nostro maximè insigni, & quo Deo similes efficeremur, puta libertate. Arbitrium vocat bonorem Divinum. Repetit, relinquere ipsum nobis boni & mali eligendi arbitrium; eaque re fieri, ut ipso usu peccatorum damna intelligentes causam inde arripiamus revertendi ad virtutem. Hinc est, quodd, si frugi non sumus, ejus rei culpam conferre possimus in neminem, præterquam nos ipsos; quia liberi sumus ad eligendum id, quod lubet. ⁶ Commentaturus Ecclesiasten affirmat, arbitrium nostrum esse extremum malorum, si eo abuti-

mur; virtutis contrâ esse organum, cum sese adversus hostem obarmat. In verba illa: Hanc occupationem pessimam dedit Deus filiis hominum; exponit: intelligendum esse sanè, ac sobriè, non quasi Deus mali author foret. Sic loca illa: Tradidit eos Deus voluntati eorum; in sensum reprobum; induravit cor Pharaonis; quare deviare nos fecisti Domine? Tu nos decepisti, & similia, provenire ait ex consuetudine Scripturæ hujusmodi sensa talibus ⁷ sæpe vocabulis exprimentis, quibus videri possit, Deo tribui id, quod provenit ab homine: dum è contrario verus eorum scopus est, non dum tanquam id genus res in hominibus, aut ipsorum naturâ causantem, sed liberum accusare arbitrium; quod quidem bonum aliquid est, & donum à Deo concessum naturæ, at pravâ suâ inclinatione in malum degenerat.

IX. EN tibi doctrinam D. Gregorii Nazianzeni, qui ob summam dogmatum peritiam Theologi cognomen fortitus fuit, cujusque sensa in Origenianâ Anthologiâ potuimus agnoscere. Ducamus initium à primâ ejus Oratione: ⁸ Summæ, inquit, bonitatis erat efficere, ut nostra quoque sit virtus non seminis duntaxat more infecta naturæ, sed culta etiam à voluntate, & liberi arbitrii ad utramque partem motionibus. Affirmat in aliâ: ⁹ quodd Christi passio nos denuò reflexerit, nec unum modò, vel alterum, sed omnes, qui ex Adamo participaverant; hoc est, quodd neminem ejus passio excluderet, qui ab Adamo descendunt, ejusque peccatum participant. Sic & in aliis loquens de hæreticis, & impio Juliano, affirmat, etiam pro ipsis Christum mortem oppetuisse.

EXPLICATE, ac fusè hanc suam sententiam enunciat tricesimâ primâ in illud Salvatoris: ¹⁰ Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est; atque ita disputat: Cum audis, quibus datum est, cave tibi à sensu hæretico, & noli introducere naturas varias, terrenas, spirituales, & medias! Non inficiatur Vir sanctus, majorem nonnullos habere aptitudinem ad virtutem; aptitudinem tamen istam ait non sufficere ad perfectionem; ratione præterea opus esse eandem excitant-

Anthologie
Origenianæ
analysis.

(1) cap. 36. ὅπως μικρὸν τι τὰ πάντα τὴν ἀρχὴν ἐστὶ, καὶ ἐνκαταρτάτων, πίσις, καὶ ὕδαρ. ἡ μὲν ἐν τῷ τῆς προαιρέσεως ἡμῶν ἀποκαταστάσει, τὸ δὲ σύντροφον τῇ ἀνθρώπινῃ ζωῇ. (2) δείξον διὰ τῆς προαιρέσεως &c. (3) de Scop. ad Deum: ἥ τε τῇ Θεῷ χάρις ψυχῆς φυλάττει τὴν σωτηρίαν ἐκ ἐχθρῶν ἐπιφοιτῶν &c. (4) καὶ τὸ ἐν διδασκαλίᾳ, μὴ δὲ ἐν φρονήσει τῆς ἀνθρώπινης ἐπειδὴ ἄλλοι κινῶν τ' ἐξέρχονται. (5) ἀγάπης ἐν ἡμῖν παρὰ τὴν τῆς Θεοῦ, ἀνέχεται καὶ τὰ λοιπὰ ταύτης συνέπεισιν. τοῖς δὲ ἀγαπῶσι τὴν Θεὸν ἐκκαλεῖται, καὶ ἡδὺς ἡ πόσις τῶν ἐν τοῖς αἰνῶσι προαιρέσεισιν διὰ τὴν ἐν ἀνθρώποις εἰς τὴν τῶν καλῶν ἔργων σπουδὴν. ὡς γὰρ ὁ Θεὸς ἀδυνατοῖ ἐπιτάττει. Orat. de Mort. ἐπειδὴ γὰρ ὁ ἀνθρώπος ἐστὶν &c. ἰσχυροὶ γὰρ εἰσι τὸ ἀντιθέσθαι. (6) κατ' ἐξουσίαν τὸ δοκῆν ἐλάμνει τῆς προαιρέσεως, in Eccl. Hom 8. καὶ τὸ ἐμπαλιν ἔργων ἀετὴς ἐστὶν &c. (7) εὐφροδὲς δὲ εἰσι τῇ ἀγίᾳ γραφῇ τὰ τοιαῦτα τῶν νοημάτων ταῦς τοιαύταις ἐξηγήσιν φωναῖς &c. (8) S. Greg. Naz. Orat. 1. καὶ τὸ τοῦ δὲ ἐν ἀμὲ τῆς ἀκέρως ἀγαθότητος, ποιῆσαι τὸ ἀγαθόν, καὶ ἡμῶν. ἡ φύσις μόνον καταπαύσασθαι, ἀλλὰ καὶ προαιρέσει ἡσυχάζειν, καὶ ἐπ' αὐτῇ τῇ ἀντιθέσει κινήσασθαι. (9) Orat. 25. αὐτὰ τῇ Χριστῷ πάθει, δι' ἃν ἀντιπαλάσμεν, ἐκ ὁ μὲν, ὁ δὲ πάντες δὲ εἰ τῇ αὐτῇ Ἀδὰμ μετασχηματίζονται. Orat. 3. εὐ χάρις κατὰ τῆς ἐπὶ τῇ ἐλπίδι &c. Orat. 38. ἐπὶ αὐτῇ Χριστῷ, ἐκ τῆς ἀπὸ τῆς Θεοῦ, (10) Matth. XIX. 11.

te. At cum audis, quibus datum est, ad-
ge: datum est volentibus, & illam in partem
vergentibus. Ita pariter cum audis, non vo-
lentis esse, nec currentis, sed miscentis Dei,
auctor tibi sum, ut idem intelligas. Cum au-
tem quidam ad id magnifice de bonâ suâ vir-
tutem sentiant, ut omnia tribuant sibi, nihil autem
effectori, nihil Magistro, nihil bonorum lar-
gitori, docet hic Sermo, etiam honesti desiderium
Divino indigere auxilio. Quin ipsam porro
electionem Divinam quid esse, donumque be-
nignitatis Dei in homines. Salutem enim & a
nobis & a Deo provenire necesse est. Ideo nimi-
rum dicit: Non est volentis, hoc est non solius
volentis, neque solius currentis, sed & Dei mi-
serentis. Hinc cum & velle a Deo sit; jure
omnia ad Deum retulit. Quidquid demum
egeris, quidquid molitus fueris, opus semper
habet eo, qui dat coronam.¹ Adjungit præ-
terea, cum textus dicit: quibus datum est,
adungi oportere: & qui ea digni sunt, & ut
tales essent, non solum a Patre consecuti sunt,
sed & a se ipsis. Et supra: Tu ipse rationem
adhibendo, & honesti scintillam voluntate susci-
tando, recessisti a vitis.² Commendat in
aliis Dissertationibus præparationem ne-
cessariam ad gratiam, intelligens bap-
tismum; moneturque, a gratiâ non attingi in-
dignos.³ Advertit, quod nulli peccato esse ob-
noxium Dei proprium sit, simplicisque ejusdem
ac primæ naturæ, non item humanæ. De
hominis creatione agens, repetit, arbitrii
libertate donatum fuisse, ut bonum non minus sit
eligentis, quam ejus, qui semina illius concessit.⁴

2. TITUS, Episcopus Bostræ in Arabia,
asseruit,⁵ quod si is, qui peccat, abstinere se
non possit, justam non incurrat reprehensionem.
Interrogavit, quid causæ esset, quod
tanto sumus expediti periculo, ut pro nostro li-
bitu aut bonis nobis esse liceat, aut malis?
Maluisse se minus libertatis, & plus secu-
ritatis. Sed postmodum responder, non pos-
se nos verè bonos esse, si ita conditi essemus,
ut & integrum nobis non foret, malos esse.

(1) Orat. 31. ὅταν ἀκούσῃς, οὗς δίδωται, πρόσθεν δίδωται μὴ τοῖς βελούτοις, (ita legendum, non καλῶν) καὶ τοῖς ἁγίοις. καὶ γὰρ ὅταν ἀκούσῃς ὅτι τὸ δίδωται, ἔδωκεν τὸ πνεῦμα, ἀλλὰ τὸ ἐκδοῦναι, συμβα-
λεῖν σοὶ ταύτῃ ὑποτασσέσθαι. ἐπειδὴ γὰρ ἵπαι τις αἱ τοσούτοις μεγαλοφρονῶντες ἐπὶ τοῖς καθαρῶτασιν, ὡς
τὸ πᾶν ἑαυτοῖς δίδωται, καὶ μὴ τὴν ποιῶνται, καὶ σοφίσανται, καὶ χαρῆς τῶν καλῶν, δίδωται πᾶσι
ὁ λόγος, οὗ καὶ τὸ βελούτου καλῶς δεῖται τῆς παρὰ Θεοῦ βοηθείας, καὶ πολλοὶ δὲ αὐτοῦ προαίρεσιν τὰ δόγματα θύουσιν τι,
καὶ ἐκ Θεοῦ ὡρεῖ φιλαυτοψίας. δεῖ γὰρ καὶ τὸ ἐφ' ἑαυτῶν εἶναι. καὶ τὸ ἐκ Θεοῦ ὡρεῖσθαι διὰ τὸ τοιοῦτον, ὅτι τὸ δίδω-
ται, τὸ ἐπὶ ἑαυτῶν τὸ δίδωται, ὅτι τὸ πνεῦμα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ ἐκ Θεοῦ, εἴτα ἐπειδὴ καὶ τὸ βελούτου παρὰ
Θεοῦ, τὸ πᾶν ἐκδοῦναι ἀνέθηκε τῷ Θεῷ. ὅσοι αὖν δεῖται, ὅσοι αὖν ἀγωνίζονται, καὶ τὸ δίδωται τοῖς εἰρῶν. (2) ἀλλὰ
καὶ ἐπὶ τοῖς δεικνύουσιν. . . . ἀλλὰ τὸν ἐπὶ οὗ λόγος κινήσας, ἀλλὰ τοῖς ἐπὶ τῇ τῇ καλῇ διὰ τῆς προαίρεσιν ἀνά-
ψας &c. (3) Orat. 7. οὗ καὶ μὴ τῶν ἀναξίων ἡ χάρις ἀπνέται. Hom. 40. τὸ μὴ μὴν ἀμαρτάνει ἐπὶ Θεῷ &c. (4)
Orat. 42. ἀντιθέσει τῆς χάριτος ἡ ἀμαρτία ὡς δυνάμενος ἀποχρῆσθαι ταύτης, ἀδίκον ὑπομείνεται μὲν. (6) Did.
Alex. adv. Manich. ἐπὶ γὰρ διὰ τὴν μέλλουσαν προδοσίαν διάβολος ἐπνέται, ὅτι τὸν διάβολος ἦν, ὅτι αὐτὸν πᾶσι ἐκλογί-
σεν. ἐκείνους μὴ γὰρ αὐτὸν πᾶσι γίνονται διὰ τὴν προσδοκίαν αὐτῶν τοῦ ἀρετῆ. (7) Nemef. de Nat. hom. c. 30. ἐπὶ
τῶν τελειοκτῶν βίαν ἀνασχόντων ἡ ποικίλη ἀρετὴ ἔχειται ἐπὶ Θεῷ. ὅσοι τοῖνυν τὴν κατὰ βίαν ἀνασχόντων &c. ἀρετὴ δὲ ἐπνέται ἐν ταῖς
δα ἡ ποικίλη ἀρετὴ. (8) c. 33. ἐπειδὴ πᾶν τὸ κατὰ προαίρεσιν, καὶ ἐκείνους ἐπὶ Θεῷ, ἀλλ' ἀντιτίθει &c. (*) intellige de
irâ, quæ rationem prævenit, vel subvertit. (9) c. 35. ἢ δ' αὖν ἐκείνους, ἐπὶ τῶν αὐτῶν περισσυνέκτων ἐφ' ἑαυτῶν ἢ τὸ ποῦς
ἐκείνους, ποῦς δὲ μὴ ἐκείνους. (10) S. Mex. Conf. de Char. cent. 1. n. 71. ὡς ἐκείνους τῆς ἀδελφότητος ἵπαι, καὶ πᾶσι
ἐπὶ Θεῷ τὴν ἐλπίδα τῆς ἀναστάσεως ἐκχαρίζομαι. (11) cap. Theol. cent. 2. n. 127. συνήμαρτον αὐτῇ καὶ δόξαν τῶν κα-
θάρσεων ποικίλην, δυνάμει δὲ λέγει τὴν δοξαίως κατιστοαμένην τῇ φρόνι πρὸς ἀρετῆς ἐπὶ ἐργασίαν κινήσιν. (*) ad verbum
copulavit, vel adaptavit ipsi potestatem rerum honestarum efficitricem; potestatem autem voco motionem ad exer-
citiū virtutum; ita quasi substantiâ ei naturâ dispersam. (12) Opt. Milev. l. 2. n. 20.

DIDYMUS Alexandrinus affirmat, ele-
ctum fuisse Judam ob virtutem tum temporis
in eo existentem; sed intelligitur ad digni-
tatem Apostolicam, non ad fidem. Dia-
bolus vocavit ipsum Salvator, priusquam
esset talis, & cum adhuc erat in censu electo-
rum; idque quia proditorem videbat futurum.⁶

PRÆCLARISSIMÆ Commentationes in-
veniuntur apud Nemesium, qui Tractatum
compōsuit de Naturâ hominis.⁷ Quæ sunt
involuntariæ, aut per vim fiunt, aut per igno-
rantiam. Eorum enim, quæ ob vim volun-
taria non sunt, principium efficiens extra ope-
rantem est; atque hinc illius petitur definitio.
Principii nomine hic venit causa efficiens.
Quæ vi fiunt, & coactæ, nec laudem habent,
nec vituperationem. Intemperantia & ira
peccata involuntaria non sunt, licet princi-
pium habeant externum; hujusmodi enim
principio causam dedimus nosmet ipsi.
Omnis electio est spontanea; at non contrâ
omnis actio spontanea est per electionem.⁸ Quod
ex irâ fit, spontaneum est, at non eligitur. (*)
Velle etiam in eas res cadit, quæ fieri neque-
unt, eligere autem in ea duntaxat, quæ in no-
strâ sunt potestate. Definit, tum demum li-
beram esse operationem, quando iisdem po-
tibus circumstantiis in nostro arbitrio est & de-
siderare, & non desiderare.⁹ Author hic
tanquam Episcopus Emissenus, & cum
Sancti cognomine multo post allatus fuit a
S. Maximo Confessore, illo nimirum, qui
scripsit, ¹⁰ passum esse Christum pro universâ
naturâ humanâ, omnibusque æqualiter resur-
gendi spem dedisse. Scripsit itidem, ¹¹ inse-
ruisse nobis (*) Deum facultatem honesti effe-
ctricem, aptitudinemque & potentiam vitam
agen in virtutibus.

X. A Græcis his secundum temporum
seriem ad nonnullos quoque ex Latinis
progrediemur. Optatus Milevitanus in
historiâ Donatistarum reprehendit eos ob
vanam sanctimoniam laudem, quâ se ipsos
aspergebant. ¹² Unde ista est sanctitas, quatin

vobis

vobis licentius usurpatis? quam Joannes Apostolus profiteri non audeat, qui ait: Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, nos ipsos decipimus, & veritas in nobis non est. Hoc qui dixit, sapienter se ad Dei gratiam reservavit. Est enim christiani hominis, quod bonum est, velle, & in eo, quod bene voluerit, currere; sed homini non est datum perficere; ut post spacia, quæ debet homo implere, restet aliquid Deo, ubi deficienti succurrat; quia ipse solus est perfectio, & perfectus solus Dei Filius Christus. Ceteri omnes semiperfecti sumus, quia nostrum est velle, nostrum est currere, Dei perficere. Vidimus, quâ intentione ita tum temporis fuerint homines locuti.

S. Zenon.

2. S. ZENON, cujus in quâdam Epistola cum laude meminit Ambrosius, Sermonem de Fide sic fuit exorsus: ¹ Christiana fidelitatis felicitas maxima est, fidei nosse naturam; quæ talis, ac tanta est, ut unicuique homini non ab alio, sed ex ejus voluntate nascatur. Ita legit MS. verus PP. Benedictinorum Rhemenium bonâ adhuc fortunâ postremis hisce diebus à nobis inspectum; atque ita legit prima editio, deprompta, ut verisimile est, ex illo adhuc antiquiore, quod jamtum extabat in bibliothecâ Capituli Veronenfis. Posteriores editiones inferunt hic: præveniente Spiritus Sancti inspiratione, atque ejus adjutorio; quasi fas aliquando foret, quanquam non malo consilio, alterare Authorum loca; & quasi id facto opus fuisset: ubi aliud non significat S. Episcopus, quàm fidem esse voluntariam, nec in prædicatione, sed in nostrâ potius acceptatione consistere. Quare subdit: Ceterum, si, ut quidam putant, docentis pendet ex ore, procul dubio eodem aut cessante, aut aliter docente consumitur. Habemus Sermonem subsequente: Fides itaque domum Dei, vel maxime res propria nostra est, Domino ipso dicente: Fides tua saluum te facit. Quod itaque fides res nostra sit, nil prohibet, quin Dei simul sit domum. Notari meretur, cum dicit, non esse credendum, fidem in illis existere, qui turbarum sunt, & factionum amantes. O quàm non vera, si factionibus pollet!

Laudatur editio Veronensis.

OBSERVATIONE digna sunt loca quædam D. Pauli à Sancto hoc relata, quia planum faciunt, quàm accurata versione Veronenfis usâ fuerit Ecclesia. Quo loco Vulgata textui maxime inhærens habet: ² ut referat unusquisque propria corporis. Versio ista habebat: ut recipiat unusquisque corporis sui merita. Ubi Vulgata: per unius delictum in omnes homines in condemnationem. Pariter inhærens Vir sanctus habet: quomodo per unius damnationem in omnes ho-

mines damnatio. Sub finem advertit, si meliorem partem non amplectimur, nullam ulli competere excusationem maxime, cum nostræ res commissa sit voluntati, Prophetâ dicente: Ante hominem bonum & nequam mors & vita; quod elegerit, hoc dabitur ei. Unde dubium non est, voluntatem nostram, cui se junxerit parvi, præbere victoriam. In quodam Sermone D. Basilii, & qui in Codice Rhemenfi MS. cum aliis alienâ manu attextus est, reperire est quædam effata minime contemnenda. Hæc est natura ³ virtutis, ut per arbitrii libertatem à quocunque volente, & laborante facile possit acquiri; in his namque potestas luxu studii sita est. Divitias, formam corporis, vires, aliæque, quæ bona vocantur corporea, in nostrâ non est potestate habere. Quod verò & majus, & verè bonum est, virtus animi nimirum, ab omni, qui sobriè ac sanè judicat, præfertur. Cur igitur, quod summum & verum bonum est, & in nostrâ positum potestate, negligimus? De sancto hoc Patre passim homines non conceperunt justam animo ideam, propterea quod nulla hætenus prodierit illius editio, quæ quidem laudem mereatur; prodibit tamen post tempus non adeo longum, si omnium bonorum largitori ita visum fuerit.

3. S. PHILASTRIUS agens de hæresibus docuit, dominationem Caino prædictam de malo ejus intelligendam esse consilio, utpote de re illius arbitrio subjectâ, & quia stat per quemcunque, quominus Dæmonis suggestiones ex animo expellat, dixit pariter: ⁴ ita arbitrii sui esse omnem hominem, ut, quod velit, eligat facere, permittente Deo. Ejusdem Civitatis Episcopus fuit S. Gaudentius, ad quem D. Chrysostomus scripsit Epistolam plenam æstimationis, ac benevolentiae. ⁵ Ceterum ille in Sermonibus mentem suam exposuit his verbis: ⁶ Synagoga Judæorum quod erat crudeliter factura, prædictum est: non ut fieret jussum est; nec id eo factum est, quia prædictum erat, sed ideo prædictum est, quia erat futurum; ut præscientiam suam Deus in his, quæ libertatem arbitrii hominum futura erant, ostenderet. Libertatem diximus arbitrii, quia voluerunt Judæi facere, quod fecerunt, & utique si nolissent, non fecissent. Certè ingentis sacrilegii est cogitare, quod Deus, qui non solum bonus, & justus est, sed ipsa bonitas, & ipsa justitia, vel jubeat aliquid, vel cogat fieri, quod factum damnet. Atque hinc iterum: Præscientia quidem Dei non fallitur, sed nec homini concessa semel voluntatis libertas aufertur. Et quia obmovebatur, convenire omnino, ut, quæ Deus prædixit, eveniant, respondet: Non ca-

S. Philastrius.

Præscientia Dei non tollit libertatem.

(1) Ambr. l. 6. Ep. 1. S. Zen. de Fid. (2) 2. Cor. V. 10. tu dia nō culpares, Sermon de Resurr. Rom. V. 18. ut dicitur: nō peccantes his peccatis addeamus his peccatis. &c. Sermon de Spir. & Corp. (3) S. Zen. edit. Veron. 1586. p. 406. (4) Phil. Hæ. 80. Sed dominaberis cogitationi tuæ male, quæ est in arbitrio tuo, ut cujusque homini &c. Hæ. 26. (5) Chrys. Ep. 194. (6) S. Gaud. Sermon. 3.

pimus, quanta sit virtus omnipotentiae illius, qui vocat ea, quae non sunt, tanquam ea, quae sunt; mentiri eum putavimus potuisse, si non impleretur, quod praedixit. An mentitus igitur est Ninivitis, cum dixit: *Tres adhuc dies sunt, & Ninive subvertetur?* Et tamen, quia Jonae praedicatione commota egit poenitentiam, non fuit subversa. Legitur etiam in alio Sermone: ¹ *Nec sibi aliquis de salute propria sine Dei Christi munere blandiatur, quando vas electionis priorem se fatetur omnium peccatorum.*

Theophilus
Alexand.,

4. THEOPHILI Alexandriae Episcopi, cuius Epistolae dignae fuerunt, quae latine redderentur ab Hieronymo, in tertia Paschali haec legitur sententia: ² *Nec ambigitur, quin in utramque partem vel faciendi, vel non faciendi bona habeamus liberam facultatem.*

Prudentius

5. CHRISTIANUS Poeta Prudentius *ἀναστρεφῶν* ³ asseruit: hominem, tametsi toti imperaret mundo, nullo tamen loco habendum, si non fuerit Rex ipse suus...

Nam quis honor Domini est, cuius mens libera non est, Una sed impositae servit sententia legi?

Hinc est, quod cum conditus erat, ei dixerit Deus:

Vade homo &c. in subiecte, potens rerum arbiter, arbitrer idem!

Et iudex mentis propriae mihi subdere soli

Sponte tua, quo sit subiectio & ipsa soluta

Libera iudicio: non cogo, nec erigo per vim,

Admoneo &c.

Elige rem vitae; tua virtus temet in ævum

Provebat, æternum tua damnet culpa vicissim.

S. Ambrosius

XI. VENTUM est ad D. Ambrosium, illustre Ecclesiae suique ævi lumen. In Tractatu de Fide ad Gratianum Imperatorem, adeo dogmatico & celebri, asserit S. Archiepiscopus: ⁴ *Patrem non petitionibus deferre solere, sed meritis, quia Deus personarum acceptor non est. Unde & Apostolus ait: Quos praescivit, & praedestinavit; non enim ante praedestinavit, quam praesciret, sed quorum merita praescivit, eorum praemia praedestinavit.* Observat l. 1. quomodo, cui praecognita sunt omnia, ventura pro factis sunt, sicut scriptum est: (apud Isaiam) *Qui fecit, quae ventura sunt.* Alio in Opere notat, elegisse Dominum eos, ⁵ *qui amaturi erant.*

IN Tract. de Parad. c. 8. legimus: *Venerat Dominus omnes salvos facere peccatores; etiam circa impios ostendere suam debuit voluntatem, & ideo nec proditurum debuit praerivire.* Ita in aliis libris ostendit: ⁶ *Chri-*

stum Dominum... pro universis mortuum esse. Ipsum esse, qui pro salute universorum expectatus advenit... in quo omnium hominum suscepta est redemptio. Quem obsecro praetermiserit, si Iudam non praetermiserit? Alio loco () ait: Nec Iudaeos omnes credituros sciebat, & tamen ait: Non veni nisi ad oves perditas domus Israel. Ergo non in mandante culpa est, sed in praevicante peccatum est; & quod in Deo fuit, ostendit omnibus, quod omnes voluit liberare. Observari praeterea meretur, cum dicit c. 4. Non nobilitate, sed virtute unusquisque sibi gratiam comparet.*

IN libris de Abrahamo, ⁷ postquam docuerat, omnia in acceptis referenda esse Deo vocanti, neminemque negligentiae suae aliquam posse praetextere excusationem, talem, inquit, te ergo praebere bonis studiis, & promptam fide, ut Deus tui misereatur, & vocet te. In illo de Jacobo: ⁸ *Non est, quod cuiquam nostram adscribamus ærumnam, nisi nostrae voluntati. Nemo tenetur ad culpam, nisi voluntate propria deflexerit. Voluntarium sibi militem elegit Christus, voluntarium sibi servum procuravit diabolus.* Ostendit c. 6. non habere nos, unde gloriari in operibus possumus: *Non gloriabor, quia iustus sum; sed quia redemptus sum. Gloriabor, non quia vacuus peccati sum; sed quia mihi remissi sunt peccata.* Et aliquo intervallo interjecto: *Mirè etiam addidit: Pro nobis omnibus tradidit illum; ut ostenderet, quod ita omnes diligat, ut dilectissimum sibi Filium pro singulis traderet.* Iterat alio loco: ⁹ *Mysticus autem Sol ille iustitiae... omnibus ortus est, omnibus venit, omnibus passus est.*

Christus
Redemptor
omnium.

CAPITE sequente: ¹⁰ *Non enim servili ad obediendum constringimus necessitate, sed voluntate arbitra, sive ad virtutem propendimus, sive ad culpam inclinamur.* Docet hic, fieri vix posse, ut iracundus ad iram non commoveatur; ac certe ut eandem compescat; propterea quod concedat Deus, ut defectus naturae superetur, non tamen ille, qui à culpâ nascitur: quo nomine culpam intelligit originalem, reliquamque nobis ab illâ concupiscentiam. ¹¹ Cæterum dedit Deus homini eligendi arbitrium, quod sequatur: *Posui, inquit, (in Deuteronomio) ante te bonum & malum. Si malum elegeris, non natura delinquit, sed eligentis affectus.* Libro de Iosepho c. 11. *Natura, ait, opus est Creatoris, gratia munus est Redem-*

(1) Serm. 19. (2) in Hier. Ep. n. 100. (3) Prud. Hamartig. (4) S. Ambr. de Fide, l. 5. c. 6. in ant. edit. c. 2. (5) l. 1. c. 15. in Luc. l. 9. n. 1. (6) de Off. Min. l. 3. c. 3. de Cain. & Ab. l. 2. c. 3. (*) In Italico hic lapsus calami est; unde verbis illis: *Frammessi poi alcuni versi*, substituendum erat: *che in altro luogo.* Habentur enim verba Ambrosii relata non de Cain. & Ab. l. 2. c. 3. ut ad marg. legitur, sed de Parad. c. 8. edit. Paris. (7) de Abr. l. 2. n. 74. (8) de Jac. c. 3. (9) in Ps. CXVIII. Serm. 8. n. 57. (10) c. 7. (11) in Ps. IV. n. 22.

provis. Et si non possumus videre dona Christi, ille tamen donat, & operatur occultè, & donat omnibus. In illo de Davide: ¹ *Iste quidem omnibus bonus est, quia Salvator... sed, quia non omnes medicinam expetunt, sed plerique refugium, ... idè volentes curat, non adstringit invitos. Accipiunt igitur sanitatem, qui medicinam expetunt... quia & omnibus bonus est, qui vult omnes salvos fieri.* Sicalio in Opere denuo declarat: ² *Medicus, qui de Cælo venit... idè omnibus salutem detulit, ut quicumque perierit, mortis suæ causus sibi adscribat, qui curari noluit, cum remedium haberet, quo posset evadere; Christi autem manifesta in omnes prædicetur misericordia, eò quod ii, qui perierunt, suâ pereant negligentia; qui autem salvantur, secundum Christi sententiam liberentur, qui omnes homines vult salvos fieri, & in agnitionem veritatis venire.*

OSTENDIT in quâdam Epistolâ, quomodo sapiens verè in Christo liber sit; quia, quemadmodum fertur in bonum, ita & illud amplectitur: ³ *Qui ea facit, quæ vult, liber est, ... Ergo si quod bonum est, eligit arbiter electionis, & eligens operationis, liber est, quia, quod vult, facit... ubi liberatus, ibi potestas faciendi, quod vult. In aliâ Epistolâ: ⁴ *Est & servitus libera, quæ est voluntaria, de quâ Apostolus ait: Qui liber vocatus est, servus est Christi. Hæc est servitus ex animo, non ex necessitate. Itaque nos servi quidem sumus Creatoris nostri, sed libertatem habemus, quam per gratiam Christi accepimus, generati ex repromissione secundum fidem. Attingit in aliâ, quomodo Redemptor ad devinciendos nos beneficiis præmeritum gratiam sui adventus, tum gratiam baptismi. ⁵ Deo autem convenit, ut quos invitaverit per gratiam, eosdem gratia ipsius incrementis provehat. Ideo quæ nobis & ante donat per baptismum, & post bene servientibus uberiora largitur. Ita ergo Christi beneficia, & incentiva virtutis, & præmia sunt.**

De baptismo in Paschate collato loquens: ⁶ *Videtis, inquit, mysteria, videtis gratiam Christi, gratiam Spiritus Sancti, qui velut quâdam sorte defertur... Sicut enim fortis eventus non in nostrâ est potestate, sed quem casus attulerit; sic gratia Domini non quasi ex mercedis merito, sed quasi ex voluntate defertur. (intellige Dei) Alio in libro monet, ⁷ hanc Dei misericordiam nos fide, studio, operibusque debere mereri. Item ⁸ *hebetis cordis esse, arrogare eventum sibi, & bonum, quod agit, vel quod à Deo consequitur, propriis virtutibus vindicare, nec auctori de-**

putare gratiæ, sed ipsum se suorum bonorum auctorem ducere. Confirmat id ex Deuteronomio, ubi prædicatur, nihil propriæ adscribendum esse virtuti, nihil propriæ potentiæ; & ex D. Paulo, ubi monet, omne meritum nasci à gratiâ; nihilque habere nos, quod non acceperimus: ⁹ quidquid autem sanctum cogitaveris, hoc Dei munus est.

XII. COMMENTANS in Lucam exponit, cum quis responderet: *Sequor Christum*, quia ita lubet, non negare illum hæc responsione, & Deo ita visum: à Deo enim præparatur voluntas hominum, ita quidem, ut, quod Deus honorificetur à sancto, Dei gratia sit. ¹⁰ Atque ubi explicat, quomodo Divino semper opus sit auxilio: ¹¹ *Audeo tamen, inquit, ego quæque dicere, quod homo viam non possit adoriri, nisi Dominum habeat prævantem. Et inferius: Vides itaque, quia ubique Domini virtus studiis cooperatur humanis; ut nemo possit edificare sine Domino, nemo custodire sine Domino, nemo quidquam incipere sine Domino.*

LIBRO tertio: ¹² *Magnum habemus adversarium, qui vinci à nobis sine Dei favore non possit. Ibidem: Si enim David, qui præsumptione virtutis elatus dixerat... non movebor in æternum; statim insolentia huius penam subisse se memoravit, dicens: Avertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus. Si ipse Domini generis auctor insolentia excepit offensam, quantum magis nos peccatores, quibus nulla suffragatur prærogativa meritorum, insolentia scopulum timere debemus, in quo naufragium suorum bonorum?*

LIBRO sexto iniectione mentione unguenti pretiosi docet, quomodo debeat conari unusquisque emere labore suo, nisi quæ virtutum alabastrum unguenti; non vile aliquod atque commune, sed pretiosum. ¹³ *Asseverat: Bonum Dominum studia exigere, & vires ministrare. In miraculum de s. panibus advertit, Salvatorem impertuisse alimentum... non otiosis, non in civitate... vel seculari dignitate residentibus, sed inter deserti quærentibus Christum... Et ille quidem, quantum in se est, vult dare omnibus, negat nemini... sed cum ille panes frangat... si tu manus non extendas tuas, ut accipias tibi escas, deficiet in viâ, nec poteris in eum culpam tuam referre, qui miseretur, & dividit, sed his dividit, qui cum eo etiam in deserto permanent, qui primo, & secundo, & tertio die non recedunt. ¹⁴ Deinde: Non potes dicere, quia escam non dedit, quia dat omnibus. Non potes dicere, quia noluit te bonum facere, ante quem posuit bonum & malum, ut non*

(1) de Interpell. Job. & David, l. 4. c. 2. (2) de Cain & Abeli, l. 2. c. 3. (3) Epist. 37. n. 19. (4) Ep. 77. n. 3. (5) Ep. 42. n. 6. (6) Exh. ad Virg. c. 7. n. 43. (7) De Abel & Cain, l. 1. c. 6. (8) ibid. c. 7. (9) l. 1. c. 10. (10) in Luc. l. 1. n. 10. (11) l. 2. n. 84. (12) l. 3. n. 34. (13) l. 6. n. 34. (14) l. 2. n. 76. &c. (15) l. 2. n. 76.

ex necessitate bonum tuum esset, sed voluntariam. Multum enim inter eum, qui necessitate invitatus aliquid agit, & inter eum, qui ex voluntate, quod bonum est, eligit. Refert hic Apostolum, ubi dixit: ¹ Si enim volens hoc ago, mercedem habeo.

2. SUB finem huius libri: ² Non sic amittitur Christus, ut non reperiatur, si tamen requiratur; sed vigilantibus regreditur. & exurgentibus praesto est. Immo omnibus adest, quia ubique semper est, qui complet omnia: nulli enim deficit, nos deficimus; nulli, inquam, deficit, superabundat omnibus. Et paulo antea: ³ Sed si tu negligentia tua virtutem, quam acceperas, perdidisti, non alimentorum celestium, sed tuae mentis tibi praesidia defuerunt. Denique Dominus sicut super iustos, & iniustos pluit, ita etiam iniustos pascit, & iustos; eo nimirum cibo, qui ad bene operandum sufficientes ministrat vires.

LIBRO 7MO: ⁴ Quia recipi noluit ab his, quos sciebat non simplici mente convectos: nam si voluisset, ex indevotis devotos fecisset &c. Et postea: Deus, quos dignatur, vocat; & quem vult, religiosum facit. Eodem libro: Eadem Divini operis misericordia, sed diversa pro meritis nostris gratia. Quo loco, agit de peccato Petri: ⁵ Negavit, inquit, primo Petrus, & non flevit, quia non respexerat Dominus. Ita etiam secundo: Negavit & tertio, respexit Jesus, & ille amarissime flevit. Respice Domine Jesu, ut sciamus nostrum deslere peccatum, lavare delictum.

3. IN interpretatione in Psalmos habemus hoc monitum: ⁶ Ara terram tuam, ut, cum venerit, qui seminat verbum, animam tuam inveniat paratam. Habemus ibidem, quomodo quisque sibi sit vel caligo, vel lumen, id est, vel injuriae auctor, vel gratiae. Item, quomodo omnis anima vocetur ad gratiam Christi, dicente ipso Dei Verbo: Siquis sitit, veniat ad me, & bibat. Habemus ibidem, quomodo ad nostram consolandam fragilitatem, & quia non nostrae est potestatis, iter nostrum ex voluntate dirigere, dicatur nobis: Spera in Dominum, & ipse faciet. Habemus, quomodo David, tametsi iustus, non suae putavit virtutis, sed gratiae celestis, si non deseratur à Redemptore. Quomodo Deus omnes suos velit esse, quos, condidit, & creavit. Utinam tu homo non fugias, & te ipse à Christo non abscondas. Ille etiam fugientes requirit, & absconditos non vult perire. Habemus: Ubi autem gratia, non habent locum operum merita; atque ideo Israelitem hanc non fuisse consecutum, quia

suis se viribus, ac operibus, sine fide, sine gratiae agnitione, volebat iustificare. Neque obliviscemur loci, quo legitur: Et quia nullus potest esse persecutus sine favore Dei, neque tutus, ideo rogare debet, ne penitus eum derelinquat Deus... plerumque enim derelinquit Deus, quos vult probare, penitus autem derelinquit, quos deserit.

IN eundem Psalmum docet: quod luceat sol super iustos per gratiam, super iniustos per misericordiam; illis mercedem meritum tribuens, istis peccata dimittens. Non oportere ex dicto illo: Non est volentis, neque currentis, concludi, quod nec velle debeamus, nec currere, quandoquidem negligentes Deus passim deserere consuevit; sed sensum esse: Non volentis, neque currentis hominis perseverantiam esse; non esse enim in hominis potestate, sed misericordiae Dei, ut possit complere, quae caperis. Docet, quomodo Verbum veniat, & janua pulset, velutque semper intrare; sed ex nobis sit, quod non semper ingrediatur, non semper maneat... Et illud quidem verum lumen omnibus lucet, sed si quis fenestras suas clauserit, aeterno lumine se ipse fraudabit... etsi possit intrare, si velit, non vult tamen invitos cogere.

4. IN versum: Voluntaria oris mei comproba Domine, advertit, plurimum referre, utrum ex voluntate quid facias, an ex necessitate, quod placeat Deo. Ac praeter effatum Pauli ad Corinthios, profert etiam aliud quoddam ad Philemonem, ut ne velut ex necessitate bonum tuum esset, sed voluntarium. Alio Serm. in eundem Psal. Cum ergo, ait, tanta Ecclesiae gratia, tanta nos praemia devotionis invitent, praeventumur orientem solem, occurramus ad ejus ortum, antequam dicat: Ecce adsum. Vult se praeventi Sol iustitiae, & ut praeventiatur, expectat. In cuius rei testimonium adfert Ambr. plura loca Apocalypses, ubi dicitur: Age penitentiam, ceterum veniam tibi cito &c. Ecce sto ad janua, & pulso: si quis audierit vocem meam, & aperuerit janua, intrabo ad eum. Apoc. III. v. 3. 20. Attingit non semel Commentario in hunc Psal. referre in acceptis nos omnia debere misericordiae Divinae; quandoquidem perspicuum sit, omnem creaturam, quaecunque bona habet, accepisse à Christo, qui totius est auctor creaturae.

IN Orat. de obitu Theodosii, ⁷ Magnum vocavit Ambrosius Dominum, qui nobis dedit certamina, quibus mereatur, qui vicerit coronam. Insignemque athletam vocavit Theodosium, quippe qui quassavit

(1) n. 77. 1. Cor. IX. 17. (2) l. 6. sub fin. (3) c. 9. (4) l. 7. n. 27. & 208. (5) l. 10. in Luc. (6) in Pl. XXXVI. n. 12. in Pl. XLIII. n. 77. & n. 12. Vid. Ambr. in Pl. XLIII. n. 12. in Pl. XXXVI. n. 15. in XXXVII. n. 55. in CXXXIX. n. 20. in XLIII. n. 47. in CXVIII. Serm. 1. n. 18. Serm. 4. n. 9. Serm. 10. n. 35. Serm. 12. n. 13. Serm. 14. n. 24. Serm. 19. n. 30. in Pl. CXVIII. Serm. 15. n. 30. (7) Oratio de obitu Theod. n. 20. 23. & 25.

certamina, ut coronam inveniret, quam tamen non suis viribus, sed Domini auxilio novit sibi esse donatam. Ille vincit, qui gratiam Dei sperat, non qui de sua virtute praesumit; cur enim non praesumat gratiam, cum habeat praesulem certaminis misericordem? ¹ Remedium nostrum, inquit alio loco, Christi gratia est. Docet deinde, non illabi in nos eo modo Spiritus S. gratiam, quo lapsa est in nostrae reparatorem salutis.

Immo non impertiri continuo omnibus nisi quantum sufficit gratiae. Ulterior porro, ac validior ad nostrae datur cooperationis mensuram. Super nos effusum est de Spiritu... at quantum nobis satis esse judicavit... quod aciem nostri cordis illuminet pro nostrae possibilitate virtutis. Denique tantum capimus, quantum profectus nostrae mentis acquirit. ²

(1) De fid. Resurr. l. 2. n. 41. (2) de Spir. S. l. 1. n. 93.

FINIS LIBRI QUINTI.

HISTORIAE THEOLOGICAE

LIBER VI.

Quo recensentur Sensa, & Dogmata D. Joannis Chrysostomi.

RESTAT nobis ex quarto Saeculo Ecclesiae graecae Oraculum D. Joannes Chrysostomus, qui de Gratia & Arbitrio, & frequentius, & ex instituto magis quam ceteri illius aevi differuit. Sumemus ejus effata ex editione nova, hominis de SS. Literis optime meriti curis modo in celeberrima hac Civitate Parisina prodeunte. In iis autem partibus, quas typotheta nondum attigit, utemur Graeco-Latina anteriore. Non deerunt profectum, qui actum agere nos existiment, cum tot, tamque prolixas Scriptorum, qui & omnibus noti sunt, & consuli a quovis possunt, referimus lacinias. Verum si locis integris non exscriptis in librorum duntaxat paginas digitum intendissemus, quousquisque futurus erat, qui appulisset animum ad volutanda exempli causam duodecim hujus Authoris formam majore volumina? Adde, quod suis in libris SS. Patres aut latine loquantur, aut graece; hic autem labor tot hominum potissimum gratia susceptus sit, qui suis in sententiis turpiter decepti non possunt securam de errore suo ex hujusmodi libris haurire notitiam; propterea quod linguae latinae, & graecae usum sibi familiarem non reddiderint. Necesse saepenumero est, ipsa verba longiori orationi sub oculos ponere, ut genuinus eorum sensus securum inde colligatur, & ex ipso comprobetur contextu. Aequum etiam fo-

ret, in gravioribus argumentis non esse contentum levi quadam obiterque percepta cognitione rerum, quae nostris obtrinet & placet temporibus, quae triumphat, & paucis sese expedit. Denique accidere nemini molestum deberet recensitas videre multas periodos, Authoris adeo celebris, cujusmodi est Chrysostomus, habitus nimirum semper a Graecis & Latinis Thesaurus Sanctitatis, & Doctrinae incomparabilis.

I. TRIGINTA duas ipse Homilias insumpsit in commentanda Epistola Pauli ad Romanos. Notum est, quod de illis scripsit Pelusiotas, ¹ repositam nimirum in iis maxime (esse) doctissimi Joannis Sapientiam. Et si se ipsum interpretari Paulus debuisset, non aliter se fuisse interpretaturum. Disserit itaque Chrysostomus Hom. 2. in hunc modum: ² Igitur & hoc gratia est, non quassari, non vacillare, sed firmiter consistere. Porro autem gratiae nomine audito cave putes, exclusam esse mercedem eam, quam ob propositum, voluntatemque accipimus. Nam gratiam dixit, non ut repobit, ac contemptui habeat laborem eum, quem quisque sibi voluntarium proponere debet ad bene agendum; sed ut succidat, atque adimat fastum eum, ac superbiam, quam insolentia, atque arrogantia afferre solet. Vide igitur, ne animo concidat, quod Paulus gratiam dixerit. Consuevit enim, pro magna sua gratitudine, & mode.

(1) Ibid. Pelus. lib. 5. Ep. 32. ἐν τῇ ἐργασίᾳ τῇ πρὸς Ῥωμαίους μάλιστα ὁ Γεώργιος τὸ πάντοτε σοφία τιθεσθαι, ὥστε ἰαυτὸν ἐργασίαν, καὶ αὐτὸς ἑρμηνεύσει. (2) Chrys. Hom. 2. in Rom. n. 3. ἀλλὰ καὶ τὸ τοῦ χάριτος, τὸ μὴ σαλευσθῆναι, ἀλλ' ἐν αὐτῇ βεβαιῶσαι. χάριν δὲ οὕτως ἀκούει, μὴ νομίσας ἐκβεβηκότῃ τοῦ ἀπὸ τῆς προαιρέσεως μισθῶν· χάριν γὰρ εἶπεν ὅτι τὸν ἐκ προαιρέσεως ἀτιμάζον πόνον, ἀλλὰ τοῦ ἐξ ἀπονοίας ὑποτιμωμένου τύφου· μὴ τοῖον ἐπειδὴ Παῦλος αὐτὸ χάρισμα ἐκάλεσεν, ἀνατίσκει, εἰς οὗτο γὰρ δι' ἐννομιαν πολλὰ καὶ τὰ κατεργασμένα χάρισμα καλεῖ διὰ τὸ καὶ ἐν ταῖς πολλῇς ἡμέρᾳ διδοῦν τῇ ἀνιδεῖ ῥοπήν.